
EYB. MARGARITA
POETICA
1477








Hujus Editionis quæ prima non est meminit Maittaire 384. v. imprimis J. Clement. VIII. 197.

Videtur esse Editio Princeps.
Mattario ignota est, quippe qui pro Editione Principe venditet Editionem Parisiensem anni 1478 per Ulricum Gering die penultima Novembris.
Istam esse crediderim Petri Cæsaris et Joannis stol. et rectè quidem.

Margaritam Poeticam excipiunt Ciceronis libri ad Herennium, Tusculan. Qu. et de finibus Parisiis impressi ab eodem seu iisdem Typographis et circa eundem annum; sed abest et Typographi nomen et anni nota. in fine librorum ad herennium extat anni nota, nimirum: 1477 quarto Kal. Novembr.

Continet. 1°. margar. Poet, in vico S. jacobi 1477. 5. maii.
2°, Rhetorica Cic. ad Her. ib. 1477. 4° Kal. novemb.
3°, Tusculana. in vico S. jac. absq. anni nota
4°. de fin. bon. et mal. absque ulla nota. sed deest, opinor fol. ultimum.

le tout avec les mêmes caract. la même compos.
sans chiff. ni récl. ni sign.



Margarita poetica de arte dictandi ac practicādi epistolarū: opus clarissimum feliciter incipit.

PROLOGVS.



Lbertus de Eyb Iuris vtriusqꝫ doctor Sanctissimi domini nostri pape pii secundi cubicularius Bambergensis et eystetēsis ecclesiarum canonicus. Reuerendissimo in xpō patri: et domino dnō Iohanni dei gratia epō monasteriensi: comiti palatino Reni: ac bauarie duci illustrissimo Salutem plurimā dicit. et presens dedicat opus. Optasti sepenumero reuerēde pater: ac prīceps illustrissime: heroicarū cultor virtutum / vt si quando mihi adesset ocium / nonnullas artis rhetorice preceptiones / diuersas clausularum variationes: ac plurimas tam oratorum: ꝙ poetarum autoritates diuersis in voluminibus sparsas / et vage disiectas dictu quidem / et memoratu dignissimas que ad ornatam / concinnam splendidam et resonantem orationē: ac ad bene beateqꝫ viuendum admodū conducerent: et expedirēt / in vnā (vt documenta sumere volentibus longe inquisitionis labor abesset) deligerem consonantiam / atqꝫ in facilem quendam reducerē modum. Et si ea res (super qua sermonem sepenumero ī multam produximus noctem) infiniti pene sit operis et immensi: adeo vt vnde inicium / vnde medium et vnde deniqꝫ finem / in tante rei magnitudine sumam: non iniuria subsistam / ac tantum autoritatis: tantumqꝫ dignitatis et excellentie contineat: vt non infimum aut mediocrem virum defatigaret: sed summum / ac prope diuinum oratorē id aggredi perhorrescere ꝙplurimum faceret: tamen tua ne precamina: que sedulo imperii mihi loco sunt / et que hoc conficiendi opus meis modo rationibus alligarunt / videar declinare (tibi enim quicquid possum debeo) et me non modo huic rei: verum cuicumqꝫ possibili deiunctum:

obnoxiumq; tenes) materiā longe patentem / angustis finibus terminabo : et in verba q̄ potero (non enim cuncta complecten di mihi cupido incessit) conferam paucissima iuxta Ouidii ver ba. Quicquid precipies esto breuis vt cito dicta percipiant do ciles / teneantq; fideles. Ad hoc enim instituendum opus nul la magis me res excitauit pater humanissime : quam vt tue im primis clementie : quam iampridem vnice / atq; religiosissime colui complacerem / tametsi nonnihil ipā me gloria mouebat / que si meritis / aut virtute parta extitit / semper est a summis viris magno studio quesita : et a sapientibus hominibus maxi me laudata. Nonnihil etiam exercendarum īgenii virium me causa inducebat / quia quemadmodum triste est diuiti decedere sine herede : ita miserrimum est habēti a deo summo gratiam intellectus : posteris suis / id est studiosis nihil ornatum dimit tere : quo possint veluti heredes intellectus aliqualiter consola ri. Et licet tot in omni scientia : et in primis i oratorie artis facultate scripserint : vt iam mundum pene illuminauerint / ad huc tamen inueniendis inuenta non obstant. Instar enim so lis oritur intellectus : et occidit : vadit et rediit : et nunquam mo ritur. Nunc hoc vnum princeps clementissime : equo fer a nimo velim : vt meū huic sit operi consecrare nomen. Mar garita poetica haud abs re opus clarissimum tibi nomē sume. tum a genitrice mea dignissima : domina Margarita de vol mershausen / femina quidem clarissima : a qua tanquam magi stra optima : litterarum prima hausi elementa. Tum quem admodum margarite per se sole quoquo in statu sint plurimū valent : et si in celato auro reposite fuerint : magis lucere : ma gisq; hominum intuitum ad earum contemplationem allicere videntur. Sic nostri operis margarite in quocumq; dicen di genere persistat per seipsas graues site / frugales et prestan tes sunt : ac maxime conducibiles / et si expolita / commoda / splendida / ac resonanti verborum conformatione cōtexantur :

ipse splendor / atq suauitas orationis / homines ad earum sen-
tentiarum lectionem incitare / legentium oculos maxime iuua
re / atq audientium animos plurimū oblectare solet. Nunc
institutum opus religiosissime antistes tremulentus aggredi-
or / et satis ac satis paruo cum nauigio magnum / et spaciosum
ingredi mare perhorresco / sed celesti opus est munere. Mani-
bus igitur ad celum erectis diuinum inuoco numen / et deum
totius operis autorem ac presulem constituo / ad quem humi-
les nunc porigo preces / et cum Salomone dico. Da mihi do-
mine sedium tuarum assistricem sapientiam / vt hoc tam illu-
stre opus bene incipere / melius mediare / et optime ac feliciter
finire valeam / Ad tui laudem / et gloriam sempiternā. Amen.

Tractatus primus est de preceptis perfecte elocutionis et
eloquentie Gasparini Barzizii pergamensis et Stephani flisci
Et continet quinq capitula.

[Q]ue esset vir illustrissime. Cu quoniā omnis eloquen
tie / et perfecte elocutionis preceptio in tria sit mem
bra distributa. Elegantiam scz. compositionem et dig
nitatem. Vt de his aliqua in nostri operis exordio dicerem / sz
quoniam hec apud Ciceronem libro suo rhetoricorum satis ex
planata sunt / de eis / maxime de elegātia et dignitate super se
dendum et de sola quantum ad presens sat erit compositione
prosequendum. existimaui quandoquidem ipsa compositio ni
si diligenter sit ab oratore obseruata / omnis pene splēdor / ver
borumq concinnitas tota intereat necesse est. Quid enī sine cō
positione elegātia / aut verborū sentētiarūq ordinatiōes valeāt
nō satis itelligo. Hanc aūt cōpositiōis partē / quonā pacto cō
modius / quo cōpēdio breuius / qua deniq via ad capescēdū me
lius / q̄ per clarissimorum nostra etate oratorū Gasparini Bar
zizii pergamensis / et Stephani flisci Soncinensis precepta / et
prima etiā oīs eloquentie elemēta prosequi possē haud video.



Artem itaq; ab hiis/et precepta vir hūmanissime. a me autem presentē pro tua queso clementia accipe ordinationem. Et quoniam hec cōpositionis pars ī tres apud oratores reperiatur diuisa partes. ordinē. iūcturā et numerū. In primis iuncturā qz circa lrās cōsistit et sillabas/duxi expediēdā. Ca. i. De iunctura.

N iunctura igitur. que apta quedam atq; concinna litterarum/sillabarumq; in contextu verborum est collocatio/ab omni offensione aurium procul remota multa sunt vicia fugienda/que a socrate et a theopompo summo studio sunt vitata. A Cicerone autem et demostene non nisi cum nimis frequenter in orationem incidunt. Sepe etiam si modeste intercurrant/ orationē nunc molliorem/nunc grauiorem efficiunt. Nam vt in saporibus/quedam interdum suauiter amara sunt. Sic in oratione aliqua asperitatis intersonantia magis grata est. Vnde si vel sentētiarū necessitas exigeret/aut punctis quibusdā cursus distingueretur vocaliū/nec spiritu vno nec eodē proferretur/modo id raro et modesto fieret/nō modo hoc reprehendendum esset/sed quandoq; etiam laudandum.

Primum igitur ex ordine preceptū est tale. Cauēdū esse/ne creber vocalium cōcursus/qui hiantē incōsonā atq; insuauem exprimendi sonoritatem pareat/incidat in orōne/ quod fit si precedens in vocali terminetur dictio/ et subsequēs ab eadem aut alia incipiat vocali / quod maxime in a e o vocalibus/quia maiorē habent sonū/erit euitandū. Vt amo amantē deū. Vestrā laudo amicitiā/Egredere ex domo aliena. Egredere ex vrbe elata. Vocales vero que magis exilē habent sonum minorē faciūt hiatū. vt honora illustres viros. excolite virtuosos hoīes. Non tamē magis inconcinne/ vocales sese recipiunt q̄ si eedē cōcurrāt. Vt sollicita Ausoniā Mariā. Eligē egregios bellatores. Conueni irritantes ad discordiam ciues. Cornu vnicū in castris extat.

Secundū preceptū est Q: multarū similiter lrārū cōcursionē effugere debemus/ que quandā vel legēdo vel pronunciando difficultatē afferre videtur. vt Iacob bonus et Iob beatus dei leges diligēter obseruarūt Dauid diuinos dedit psalmos. Ioseph fuit pharaonis īterpres a fratribus facinorose vēditus. Animaduertat Titus tyrānus que perpetrauit! et penitebit tādem tante tirannitatis. Semiuocalium vero litterarum concursiones preter x modicam videntur vel legendi vel pronunciādi difficultatem afferre. Vt xpristum dominum nostrum maximum nos omnes homines summopere debemus excolere. x vero quia duarum in se litterarum vim et sonū complectitur! difficilem ac hiantem in concursione videtur afferre pronunciationem. Vt carthaginensium dux xantippus! traxfelix xerxes! et virtutis lux xenophō fuit. Similiter. x. et s. ineptam pronunciationem reddunt. Vt deceptus xerses grecie bellum intulit. Vnde non solum in verbis diuisis! sed etiam in compositis. x. et s. litterarū! vitandus est cōcursus! quare si forte accidat vt hec prepositio ex cum dictione ab s incipiente componatur! s littera de medio est abicienda! vt exurgo exulto et similia. Nec solum in his duabus litteris magna est asperitas. Sed R etiam et T. si crebro cōcurrant! iuncturam deformem causāt. Vt nunc suauissime suadebat! nunc vero terribilis tutoribus suis satis grauis erat.

Omnium itaq litterarum siue vocalium siue consonātium nimie concursiones vel assiduitates euitande sunt! que insuauē profecto sonoritatem reddere solent.

Tertiū preceptū Quod sillabarū similiter earūdē et cōsimiliū cōcursiōes et nimie assiduitates sūt euitande! quoniā non tā insuauē ꝙ ineptā reddūt orōnē. Vt Cassius curans custodire cōmunē comoditatem et ceteri etiam de re certa certātes cesarem ceperunt. Item mee mētis memorie modū ita imponā vt mee meditationis me mīme peniteat. Item poete po-

tentiam ponentes in possibilibus et honestis rebus laudantur. Item. ciuitas que a regibus regitur regio amore felix est.

Similiter ne idem sit dictionū imediate se sequentiū exitus cauendū est. Vt illorū bellatorū ac imperatorū fortuna laudatur/ quorū probitas ciuium optimorū saluti intenta est. Item fortunatorū imperatorū optimorūq rectorū virtus magis q̄ fortuna laudatur. Similiter ne sequens dictio ab eadē incipiat sillaba in qua precedens terminatur perspice. vt ille legit amor mortalis in te integer est. quod quidē viciū nonnulli ciceroni obiecerunt/ sed hoc viciū nō est attribuendū/ si grauitatis causa fiat/ nisi cū hoc dicendi genere crebro vtamur.

Quartū Q etiā dictionū nimia cōcursio et assiduitas diligenter est euitāda. Vt non est rōnis rationem illi adhibere qui in sentētiis ferendis rōne non vtitur. Nemo quidem ita eloquentie ignarus est/ cuius animus nō fastidio aliquo afficiatur. si quod huiuscemodi audierit/ nisi ornatus causa vt repetitione/ complexione/ traductione/ cōduplicatione/ continuatione/ et huiusmodi in orationē cadant. Dictionibus equidem ex omibus gramatice orationis partibus sūptis vti debemus. longis/ suauibus/ dilucidis/ sonātibus/ electis/ ydoneis/ comodis/ propriis/ apertis/ concinnis/ vsitatis/ vt oratio ita splēdēs ydonea et resonans ex ipīs efficitur/ q aliqua verborū obscuritas/ aut orationis difficultas indicendo nō comitatur/ que vel auditorū aures vel legentiū aīos aliquando offendere possit.

Quintū Q nimia verborum suspensio et prolixitas in orōne est viciosa que res tametsi ī prohemiis īterdū concedatur/ in ceteris tamē orōnis partibus reprehendi solet.

Sextum preceptum Q figura que themasis dicitur in simplicibus non vtamur/ nec in cōpositis vt postq̄ pro vero. Inq vicē/ pro īuicēq. Septēq triones. pro septemtrionesq. Satis boni viri officio fecit/ pro satisfecit/

Et quedam ad hunc modum a nobis diuiduntur/ propterea nō reprehenduntur/ q̄ a summis poetis et oratoribus sūt recepta

Septimum preceptum. Hoc inter Cum et Tum refert et Tum duplicatum. Vt certis locis admonet Cicero. Qꝫ ea particula orationis/ cui hec coniunctio Cum antefertur. vel causam vel concomitantiam/ vel id quod apertius est/ certius ve significat/ vel temporis prioritatem/ vel maiorum rerum dignitatem. Tum vero aut officium antecedentis cause/ aut alternationem/ aut rem minus notam/ aut tempore posteriorem importat/ aut minorem dignitatem/ ac momentum affert/ nisi aliquid sequatur/ quod huic rationi aduersetur. Vt potius/ multomagis/ studiosius et que sunt huiusmodi. Exemplum primi Cum tuo in me amore summo/ tum beneficio semper tui memoriam pre me feram. Exemplum secundi. Cum mutuo inter nos amore/ tum reipublice causa/ perpetua rerum omnium societate deuincti sumus. Exemplum tertii Cum tuis in omnes beneficiis/ Tum voluntate in posterum prona ad omnia viri officia pater patrio iure optime diceris.

Exemplum quarti. Cum dicit temporis prioritatem Cum olim in parentem pietatem insignem animaduertimus. Tum in patriam non minore studio futuram speramus. Exemplum quinti. Cū vitam pro tua salute/ tum opes omnes profundere nunquam dubitabo. Qꝫ si tum in eadem oratione geminetur aut in diuersis/ concomitantiam sine differentia signat. vt Cicero/ tum natura/ tum consuetudine ad omnes res honestas flammato studio rapiebatur. Sepenumero tamen nimia obeundi negotii oportuna celeritate oppressi/ aut occupationibus aliis distracti/ aut parua adhibita diligentia in consulte in concusionem et assiduitatem vel lrārū vel sillabarū vel dictionū vel vtrarūq̄ incidimus/ quod etiā apud Ciceronē cū eloquentie principem/ tum etiam harum compositionis rationum et preceptorū optimū artificē aliquando comperiemus/

sed tamē est curandū diligenter et quoad fieri possit: vt ipsa cō cursionis et nimia assiduitatis vicia declinemus.

Ca.ii. DE ORDINE.

Ordo est quedā verborū orationūq; inter se vel naturalis vel artificialis dispositio. (Circa quē obseruandū est. Et sit hoc octauū in ordine nostro preceptū) Q2 sēper oratio crescat et augeatur. Vt quod sequitur magis eo sit quod ātecedit: vt nobilis et egregius. Magnificus et illustris. Crudelis et īmanis. Fur et sacrilegus. Auguri quidē vult oratio et insurgere non minui. hoc verū. cū verba ad eandē sint rē relata: quod si ad diuersas. nullum admittit vicium qui ab hac ordinis ratione discedit/ vt cum alium sacrilegum prius dixeris: alium dehinc furem appellas. Exaugende autem ac multiplicande orationis ratio triplex reperitur apud oratores. Vna que pertinet ad vnicā orationem multis verbis coadornatam. Altera que ad plures: multis ex partibus gramatice orationis amplificandis.

Tertia que est accomodata epistolis et orationibus atq; ceteris oratorum dicendi rationibus/ non solum verborum copia exagerandis: verumetiam negotiis rerum locupletandis.

Prima ergo coaugmentande orationis animaduersio est. Vt in nostra oratione coaceruemus multa noīa substantiua vel propria vel appellatiua. Aut etiam adiectiua positiua cōparatiua et superlatiua. Aut verba personalia/aut impersonalia/aut participia in omnibus tēporibus posita / aut gerundia vel supina/ Aut pronomina primitiua/aut deriuatiua/aut aduerbia positiua cōparatiua et superlatiua. que dictiones huiuscemodi ita gradatim colocentur. vt alteram altera et aliam alia subsequatur: que maiorem vim et efficatiorem vehementiā importet: et orationis sententiam magis ad auctam efficiet.

Vt in hoc exemplo. Cum iusticiam eam ipsam apertissime constare videamus/ex qua oppida ciuitates prouincie nationes

regna atq̧ imperia: gubernantur conseruātur amplificantur. Omnem igitur cogitationē diligentiā actiones fortunasq̧ nostras/nos deniq̧ totos libenter exponere debemus/ vt ea ipsa iuris equitas diligenter excolatur. De secunda coaugmentande orationis specie exemplum tolle. vt ego propter magnum ciceronis in me amorem: et propter insignes eius virtutes/atq̧ propter magna et multa sua benemerita eū plurimū diligo. Item ego enī cū propter magnū ciceronis in me amorem quē sēper optimū fuisse cognoui: tū etiā sua erga me benemerita que ab ipō multa quidē et magna recepi eū profecto mirifice diligo. Ecce quō orō precedēs ex relatiuis interpositis multiplicatur. Sic enī ex oībus orōis partibus orō multiplicari pōt: et de oībus ponere exēpla. Itē et de tertia augmētande orōnis specie: nō tam prolixū ē q̃ laboriosū. de hoc aūt relatiuorū exēplo: et aliis orōnū partibus: circa multiplicandas orōnes: quō oportune cōcurrāt in suis propriis dicetur locis.

Nonū preceptū. Q dignitas rerū attēdi dʒ ac nature vt que ī eodē genere dignitate nature prestāt/ea minus dignis in orōe āteferātur. vt viri feminis. ortus occasui. dies nocti. secūde res aduersis. hōesta turpibus. et multa ad hūc nature modū similia. Hoc verū cū aliq̄ verba sese īmediate sequūtur. nihil enī īpedit si a se distātia fuerit/et ī diuersa orōis posita parte: aut ad diuersū tpūs ordineq̧ relata/que minorē dignitatē habeant posse dignioribus āteferri. Vt ī hoc exēplo. Cū ingēs agmē prius mulierū dehinc virorū ī manus hostiū peruenisset: secuta ē subito cūctis ī rebus captiuitas. Idē ī separatis videri multo facilius ē.

Decimum Cauendū est ne verba in orōe ociosa sint/ ne superuacua/ne nihil agentia. quod viciū qui euitare volet/semper genus sue speciei āteponet. Vt castor et pollux frēs gemini cū finitimis bellū gerebāt. Superuacue igitur et inepte diceretur gemini frēs. nā cū oēs gemini frēs sint: nihil opus erat cū gemini dixisset fratres addicere.

Vndecimū ꝙ verba rebus de quibus loquimur sint accomodata / ne plus minus ve quā dignitas rei postulabit sigificare videatur. Nā qui agricolā illustrē / aut regē parcum īter laudandū / appellat nō mediocriter viciū īcurrit: quoniā illic adiectio āpliori: hic āgustiori quā rei natura poscat vtatur

Duodecimū ꝙ nō abutamur vnius verbi significatione pro altero / ī quibus nulla similitudo reluceat. Vt si fūdū eruditū appelles: aut militē sine armis instructū īcedere ad bellū dicas. Opus itaqꝫ erit propriā significationē verborū a gramaticis repetere / et rerū naturas consulere: quis ornatus rebus de quibus sit accomodandus.

Decimū tertiū ꝙ īter adiectiuū et substātiuū alique īter ponātur dictōes. que profecto ex oībus partibus gramatice orōis comodissime sumi possūt. vt āplissimā. M. T. C. facultatē rōnemqꝫ dicēdi īgenio studio atqꝫ doctrina cōsecutus ē. Itē sūmā equidē maria leticiā suscepit cū sibi ab āgelo filiū dei se pariturā nūtiatū ē. Itē. tā multa legisti librorū voluīa: ꝙ ī virū tandē peritissimū euasisti. Itē. magnū supra vires onus desūpsi / qui de rebus diuinis dicturus sū. cauendū tamē ne nimiū ab īuicē separentur ꝙ orōnē obscurā faciāt. Vt ī hoc exēplo. Nulla satis probata apud ciues suos virtus ē. Non tamē sēper cōcinnū esse videtur ꝙ adiectīm ā substātiuo intermediamus: si meliorē presertī sonoritatē habere videatur / vt cōtinue collocētur: quod euenit potissimū si adiectiuū et substantiuum ī genitiuo positū / aliud adiectiuum et substātīm cui sub ordinatur fuerit interlocutū. Aut cū adiectīm cōparatīm vna cū substātiuo fuerit ī genitiuo positū. Aut cū aliquā magnā alicuius rei vehementiā importet: Et etiā aliquando adiectīm positiuū vel superlatīm ī oībus casibus positū decēter / cōtigue tractari pōt. Sed potissimū participia omnis tēporis cū in cōcomitātia vel subsequētia cōtinētur: sine ītermediatiōe collocari solent. Exemplū de adiectiuo et substātiuo in genitiuo posito

Vt eximia pristini nostri amoris magnitudo me vehementer adhortatur/vt par mutui beneficii retributio a me tibi referatur. Item excellens tue familie dignitas/et preclarus spectate virtus splendor/ et exardescens fruende virtutis desideriū ad studiū te plurimū incitare debent. Exemplū vbi adiectiuū cōparatiuū cū substātiuo in genitiuo poītur/ vt neminē video callidioris ingenii/perspicatioris intelligētie/accuratioris excogitationis/ingeniosioris sciētie/studiosioris diligētie/āplioris doctrine/prestantioris eloquētie/quā. M. T. C. extitisse

Exemplū vbi magnā vehementiā importat quod cōtingit in ablatiuo/vt qui egregias bonarū artiū disciplinas sūma voluntate accuratissima cōtemplatione et quottidiano studio cōplexi sunt/eas quas exinde sperarūt emolumentorū rationes faciliter cōsecuti fuerūt. Exemplū vbi adiectiuū positiuum ponitur cū substātiuo in oībus casibus sine intermediatione/ vt marcus aurelius vir officiosus et prudēs/cuius virtus tāte est intelligētie/tante ītegritatis/tante constantie/ tanteq; modestie/vt ei tanquā fido socio et hoīni sapiēti plurimū debeam Illum igitur ad te proficiscentē vt hominē rectū et ingeniosū artificē ita tibi comēdo/vt meū affinē et gratū hominē. Nam et ego ipō/claro genere nato/et īsignibus moribus expolito/ atq; aliis magnis virtutibus predito/ī oībus meis negotiis familiariter fretus sum. Exemplū de adiectiuo superlatiuo vt lutius crassus vir peritissimus/cuius vt hominis integerrimi fides mihi explorata est/a me plurimū diligitur. nam et sibi tāquā homini amicissimo/et procuratori vigilātissimo/rationes meas agendas libenter comittere soleo/nec vnquā ipsū optimū amicum derelinquam/quemadmodum ego/ipō lutio crasso viro officiosissimo vtor familiarissime. Ita etiā a te peto/vt cause sue tanquā si mea res ageretur/te maximopere accomodare velis. quo gratius mihi nihil efficere poteris. Exemplū vbi adiectiua participia omnis temporis sine interme

diatione ponūtur: vt cum in senatu causam tuam agere cepissem: salustio decernēte: consulibus audiētibus: prefectis legationibus: ceteris magistratibus fautoribus: senatus ē dimissus obmissis etiā aliis creandis magistratibus. Itaq res in aliū diē delata est: de qua quicquid actum fuerit te certiorem reddam.

Decimū quartū preceptū. Qz oratiōes ab adiectiuis sepius q̄ a substātiuis icipere debeamus: et hoc a positis cōparatiuis et superlatiuis: siplicibus et cōpositis. Item a relatiuis substātie et accidentis. Item a participiis in ans vel in rus vel in dus vel in tus desinētibus. Item a pronomibus primitiuis et diriuatiuis: de quibus omnibus exempla per ordinem sequūtur. Exemplū de adiectiuo positiuo. magnū ego a te beneficiū me recepisse profiteor: pro quo vniuersā meā tibi operā defero. Item. Immortalia enī in me benemerita liberalissime profecta sunt: que nulla vnquā mea delebit obliuio.

Exemplū de comparatiuo. maius: mihi officiū prestare nō potuisses / q̄ illud quo tu me hodierna die amicissime perorasti. Exemplum de superlatiuo. maximū profecto illud tuū erga me promeritū: quo ego a te cumulatissime exornatus sū reputo mihi summū summopere gratissimū. Exemplū de adiectiuis cōpositis. vt permulta. permagna. perclara. permaiora. perclariora. q̄ maxima q̄ singularissima q̄ amplissima.

Exemplū de relatiuo substātie. Qui tibi ex me fructus debentur: cū ydonea mihi facultas offerretur: eos profecto quā vberiores suscipies. Exemplū de relatiuo accidētis. Qualia enī ab aliis officia recepimus talia plerunq reddere solemus.

Exemplū de participio in ans. vt inuigilantes virtutibus homīes: et bonarū artiū studiis iugiter insudātes: maxīa semper fui beniuolētia prosecutus. Exēplū de participio ī rus vt daturū operā virtutibus Albertū nostrū q scribis mirum īmodū gaudeo. Exemplū de participio ī dus: vt excolēdus ab omni hominū genere penitus ē christus qui omniū hoīm

est conditor et bonorum elargitor. Exemplū de participio in tus: vt cōsecutū se opera mea cōmoditates q̄ plurimas cicerone tibi retulisse vehementer letor. Exemplū de pronomie primitiuo. Ego sēper tibi amicissimus esse volui quia tu me sē per plurimū peramasti. Itē. Me quidē in amicitia si aliquando experiri volueris amicum profecto tibi cōperies optimum atq paratissimū. Exemplū de pronomine diriuatiuo. Mea quidem diligentia tibi semper futura est paratissima: quia tuam in me beniuolentiam cognoui michi semper quā promptissimā.

Decimū quintū preceptū. Quāq̄ ab adiectiuo apposito vel suppolito pricipiū sumere orōis cōmodissimū sit/ qz tamē aliq̄n̄do accidit vt dictiōes alie multifarie nō minus ī orationis principio optīe iacere: et pulcre resonare videntur/ non incomodū visū ē ab eis principiū orōis cōstitui posse/ que profecto dictōnes ex oī genere atq manerie octo partiū grāmatice orōnis cōmodissime sumi potuerūt. Vbi adiectiuationes nō tibi cōmode succedēt/ quod per plura videre exēpla pulcrū iudicabis. Exemplū de noīne proprio in principio orōis posito brutus quē in his tibi lrīs cōmendo cū mihi sit omniū amicissimus: tamē etiā maximus est virtutibus exornatus. Exēplū de noīne appellatiuo homines enī illos quos duplices esse cognoui vt vnū verbis dicant. aliud autē re sentiāt: nisi ipsi aliqua probabili fortasse rōne ad hāc fictionē cōpellātur. apud me sēper parū valere debere cōstitui. Exemplū de verbo actiuo Ambo te sēper atq sūmopere diligā: quoniā tu oīa pro me liberaliter effecisti. Exemplū de passiuo. Videor enī te videre cū tuas lego lrās: sed doleo cū appellor īmerito a te negligens cum scribendi facultatē non habuerim. Exemplū de verbo interest. vt. Interest plurimū virorū prudentiū internosce re que ad eorū rēpub. recte gubernandā pertinere videantur.

Exemplū de verbo placet et similibus. placuit semper ac libuit maximopere principibus sapientibus accuratissime per=

ſcrutari quid ſuperioribus aliis principibus acciderit/ vt ſup-
peditet eis quid eueniet/aut eos agere oporteat. Exemplum
de gerūdio. agendū eſt aſſiduo vt officioſū aliquid cōſequamur
Exemplū de ſupino. Relatu multorū nobis ſignificatū eſt
maximū officioſū te virū eſſe factū/ quo plurimū certe gaude
mus. De participio ſupra in proximo dictum eſt preceptū.
Exemplū de prepoſitione. Ad. x. klās maii ad vrbē cū veniſ
ſem vt de multis ac variis rebus tecū cōmentarer te reperire
non potui/ quas igitur res te coram agere volebā/ per lrās ab
ſens breuiter ſignificabo. Item. Extra iocum ſunt ea profecto
que tibi ſcribo/ que certe ſunt a te diligentiſſie conſideranda.
Item poſt deū noſtrū oīpotentē/ et parentes qui me genuerūt
neminē habeo/ quē magis te diligā/ magis excolem/ magis ob
ſeruē/ neq̧ maiori quā te beniuolentia cōplectar. Itē. vſq̧ quo
ſpiritū perducere potero non ceſſabo me tibi gratiſſimū demō
ſtrare. Itē. ab ōnibus hoībus hi merito deridentur/ qui clariſ-
ſimas bonarū artiū diſciplinas vilipendunt. Itē. Coram te cū
affero ea tibi declarabo/ que et gratiſſima forte et cōmodiſſima
tibi videbuntur. Item. de ōnibus rebus que ad te pertinent/
quaſq̧ mihi curandas percepiſti/ quid egeri ex his litteris co-
gnoſces quas tibi Gaſparinus meo noīne conſignauit. Exē
plū de aduerbio. heri litteras ad te ſcripſi/ hodie vero atq̧ nūc
ad te cogito/ cras etiā meis te lrīs viſitabo/ diligenterq̧ res tu-
as pertractabo/ vt aliquando intelligas me ſēper et iā olim de
tuis ornamentis et cōmodis maxīopere cogitare. Item. verū
meminero niſi tandē meliorē viuendi conſtitutionē deſūpſeriſ/
conſpicio te maxīa ſubiturū incōmoda. Itē. Forſitan parua hec
incōmoda quibus in preſentiarū afficeris in maximū tibi emo
lumentū in poſterū redundabunt. Itē. Vix vere me contineo
quī ad te aduolē/ et ea tibi ſignificē que ſi feceris tibi plurimū
conducent. Exemplū de interiectione. Heu michi cur ego
tuis omnibus incomodis non affuerī/ nā maximis te profecto

curis atq3 molestiis fortasse liberassem. Item. Item bone Ie=
su ita exoro vt nobis perpetuo sis adiumēto. Item. Pape! ita
ne se res habet vt narrasti Marce tulli. Item. Atat quas huic
nrē reipub. futuras īminētes calamitates narrat sempronius.
Item. Vha ita ne ab his decipiēdus ego sēper sū/ quorū ratio
nibus plurimū me accomodare soleo. Exemplū de coniūcti
one. Et tecū libēter adessē! vt me tibi libentissime accomodarē!
si magne mee atq3 assidue cogitatiōes ac occupatiōes hoc mihi
permitterēt. Item. si in hoc meo negotio adiumentū mihi tu
um prestiteris perficiā profecto q̄ te beneficiū mihi prestitisse
letaberis. Item. igitur cū tu plurimum mihi semper obfuisti
noli expectare vt pro his tuis in me iniuriis debeam magnis
te meis beneficiis exornare. Item. Nullū vnq̄ fuit tēpus in
quo non maximā atq3 firmissimā tuorū in me benemeritorū
memoriā cōtinue cōplexus fuerī! pro quibus equidē iam tibi
cumulate satis fecissem! si ydoneā tibi satisfaciēdi facultatē mi=
hi cōparare potuissē. Itē. an tibi ego vnq̄ nulla ī re cōtradictu
rus sim! qui te mihi semper omnibus in rebus q̄ facilimum
prebuisti. Item. Saltem verbis te mihi cōmodore velis te ob=
secro si re ipsa adiumēto michi esse non possis aut nō velis. Et
q̄plurima ad hūc modū de omnibus partibus orōnis poteris
excogitare exempla.

Decimū sextū Q2 distributiuis et partitiuis noībus cō=
modissime vti possumus cū aut alicuius negocii partici
onē quandā facere volumus! aut certā aliq̄ aī determinationē
declarare nitimur. De qua rōe hoc exēplū cōspicere potes. M.
catho et. L. Clodius a me plurimū diligūtur! neq3 enī īmerito
eos maximfacio. Nā cū alter mihi doctrinā mīstrauerit! alter
vero magnas mihi rerū facultates prestiterit! non possum ab
duci quin cū alterius virtute adauctus sim. alterius aūt copiis
adiutus existā/ alteri maxime debeā/ alterū etiā admodum dili
gam! quorū vtro magis gaudeā/ aut magis vti veli non facile

diiudico. Preterea sepenumero euenire videmus vt in com
paratione rerũ multarũ/aut aliud alio laudabilius vel turpius
demõstrare/aut cõmodius aut deterius persuadere/aut iustius
vel iniquius significare volumus/tũc cõparatiua videntur om
nino necia. De quo hoc exemplũ tibi trado. Si ex oĩbus ho
minibus qui maximã tibi beniuolẽtie coniunctionẽ profitẽtur
vnũ tibi potissimũ adoptasti/qui dignitatẽ tuã maxiopere tue
retur/neminẽ profecto cõmodiorẽ diligere potuisses quã pcm
poneũ/cuius studiũ pro autoritate tua collustranda tam maxi
mũ extitisse constat/ vt neq maiorẽ operã/ neq studiosiorem
curã/nec ardentiorẽ beniuolentiã/nec promptiorẽ quidem dili
gentiã quisq tibi prestare potuisset. Insuper id quidem con
cinnũ est/si in omĩpene modo dicendi frequẽtemus superlatia
noĩalia vel participialia aut aduerbialia/quod multis ex causis
a nobis fieri ydoneũ esse videtur. Nam cum in primis ipsa su
perlatiua propter magnã rerũ resonantiã magis splendidã red
dant orõnem/tũ etiã efficiũt vt dicẽtis sentẽtia longe verior et
efficatior esse videatur. Preterea ipã superlatiua dicẽdi stilũ
reddũt magis ãplum magis longũ magis optimũ/quod cũ ita
sit/apte satis superlatiua que vsui tuo se accomodabũt arbitra=
tu tuo pertractare potes. De quibus hoc exemplũ tibi pate
facio. Qz antonio tam familiarissime semper fretus sum/ tam
sũmopere eũ diligã/vt ego sũma cũ ipso sim familiaritate con
iunctus/non est profecto mi lentule/ q vlla moueri debeas ad
miratione/Nam cũ hiis et sũmo mihi semper amore prestite=
rit/et vigilantissimã pro rebus meis diligentiã declarauerit/
et ãplissimã mihi libertatis beneficentiã patefecerit/vt nullum
summum hoĩnis amãtissimi liberalissimiq officiũ pretermise
rit/neq vllum maximũ pro salute mea periculũ subterfugere
voluerit/ Iniquũ esse duxi nisi ego etiã virũ me sibi q gratissi
mũ/et oĩbus suis cõmodis et ornamentis q promptissimũ de
monstrarem.

Decimū ſeptimū Qꝫ oratio frequēter obliqua ſit/ id eſt a poſterioribus ī recta cōſtructiōe īcipiat/ ſiue id quod verbo ſupponit/ verbū ipſū ātecedat/ ſiue poſtponatur. Exemplū primi. vt neminē poſſe ad eloquētiā accedere Craſſus īquit/ niſi qui multarū rerū prius ſciā īſtructus ſit. Exēplū ſecūdi. Hanc vnā eſſe ad bene beateq̧ viuēdū cōpēdiorū viā īquit ſocrates/ vt tales ſimus quales iudicari apud alios volumus.

Decimū octauū Quoniā genitiuus ī orōne rhetorica ſepenumero occurrit nccīo tractādus. eius igitur pertractādi rō erit diligēter cōſiderāda. genitiuus ergo prepoſtere collocetur vt illis dictiōibus quibus ſubordinatus ē preponatur/ cōcinnā profecto ſonoritatē īportat/ et magno orōni clarius intelligēdi adiumēto eſſe videtur De quo hoc tibi exemplū deſcribo. cū Ciceronis ſcripta/ quorū innumerabiles conſtant cōmoditatis oportūitates/ eos ſēper plurimū oblectarūt/ quorū animus officioſis rebus ſēper fuit expoſitus/ non igitur mirū eſt ſi eius Marci. T. voluīa/ a pergamēſis gaſperino accuratiſſimo quidē ſtudio fuerīt pertractata. Itē. chriſti precepta qui diligēter obſeruāt eternā gloriā optime cōſequūtur. Item. oratoris primi precepta a multis maxīopere celebrātur. Ita datiuus caſus in cōpoſitiōe ornāde orōnis prepoſtere poſitus/ bonā reddit ſonoritatē. vt chriſto qui ſe tradūt optimā viuēdi rationē eligūt. Itē maiori quidē cure dignitas tua mihi eſſe non potuiſſet; cū aliud nihil dies nocteſq̧/ ꝙ de rationibus tuis excogitem.

Decimū nonū Qꝫ caſus tēporales qui a pleriſq̧ ī ablatiuo collocari ſolebant/ ab oratoribus in acuſatiuo conſueuerunt tractari/ vt et melior fieret reſonantia/ et efficatior conſtaret orō. ad ꝙ hoc celeberrimū ſequens videre potes exemplū Ego eī multos ānos excogitaui qua ratione hoc fieri poſſet/ ꝙ oēs criſtianorū pricipes atq̧ ptātes/ iniuriis odiis ac ſimultatibus obmiſſis/ tanta eſſent amoris caritate coniūcti/ vt ex omnibus ipſis tam validiſſimus fieret exercitus/ ꝙ ipī maxīa poten

tia freti infidas gentes atq̃ barbaras oppugnare possent! que huiuscemodi cogitatio mea! quia tam honesta et optabilis esse constat! non cessabo dies noctesq̃ mecū aīo peruoluere! si quid fortasse conducibile ex hac re posset elici / quod si aliquando factū aut constitutū esse viderē! tunc vite cōmutatio vt mihi videor molesta mihi accidere non posset. Poterit similiter accusatiuus nō tēporalis in cōpositiōe orōis prepostere poni. vt cristū qui vere diligūt! eorū aīas eterne beatitudini consecrant. Item. studiosos equidē hoīnes nitor imitari! vt virū me doctū (reddere possim

Vicesimū preceptū. Ablatiuus ī cō:comitantia positus / tū orōnes plurimum dilucidare videtur! tū etiam rationum breuitati potissimū est accomodatus! qui ablatiuus huiusmodi! sepenumero deducitur aut a nomībus propriis hominum locorū et prouīciarū! cū appellatiuis noībus! et verbalibus et participiis! aut ab adiectiuis distributiuis! et ceteris etiam positiuis cōparatiuis et superlatiuis! atq̃ pronoībus primitiuis et diriuatiuis cōiunctis cum noībus appellatiuis cognominibus et verbalibus atq̃ participiis. De quibus hec pauca exēpla cōspice. vt superioribus iā priscis tēporibus! florēte roma! numa pompilio rege! respub. tūc recte gubernabatur. Verū fluentibus ānis L. silla et L. murena cōsulibus! intercumbāte G. mario nouo cōsule designato! ciuilis discordia crudeliter insanire cepit! qua in longum nimis deducta cōmunis salus ciuitatis! acerbissimū est passa detrimentum deīde paucis post ānis potētioribus rerū potitis! ꝯnānte luxuria! nimia exorta iā ambitiōe īperādi cupiditas cōualescere cepit! sȝ autore Cicerone sapīa! īcōueniēdis magistratibus! et cōsiliis administrādis suffragāte! respub. a direptionibus liberata est! expulso presertī L. catelina! et sociis oppressis. Itē. Imperāte Octauiano augusto! autore deo patre! duce iesu christo adiuuāte spiritu sancto! intercedēte virgine maria! fauentibus celorū cōstellationibus! omībus etiā diuinis satis cōsentiētibus

salutifera claritatis lux diuinitus nobis exorta est/qua duce aī
mas nrās/rōnibus mūdane vite recte cōstitutis/eterne felicitati
cōsecrare valeamus. Itē. xpō oīm bonorū āplissimo largitore/
qui grārū adiumēta petūt/vt recte id egerit aliquādo cōsequi
poterunt. Itē. studiosis equidē viris sedulo studio libēter visus
sum/vt illustratus eorū virtutibus exaggerari valeam.

Vigesimū primū quod est generale circa nomen et oēs
orationū partes viz. Si substantiua nobis tractanda con
tigerint siue propria siue appellatiua/tam hominum ꝙ mulie
rum omniū aīalium atqꝫ locorum/ rerumqꝫ ceterarū tam cele
stiū ꝙ terrestriū/diligēter inspicere et accurate cōsiderare debe
mus/que sit illorū natura substātiuorū/que vis/que dignitas
que prestātia/que nobis cū recte perspecta/et prudēter cogni=
ta fuerint/ea nos faciliter admonebūt/vt substātiuis illis ydo
neas/cōuenientes/proprias/cōmodas/et cōdignas/noīm vel
participiorū adiectiuatiōes positiuas cōparatiuas siue superla=
tiuas adiūgere debeamus/que recte et cōcinne et rei cōtracte eē
videātur. et etiā substātiuis in gtiuo positis/que aliis etiā sub=
stātiuis in regimine subordinantur/addamus alia substantiua
que sibi cōmode et congrue addere valeamus. Addo etiā ꝙ alie
cetere dictiones aliarū partiū orōnis eadē rōne vt noīa vel par
ticipia debēt esse rei de qua agitur cōueniētes. Que oīa vt clari
us percipi possit ī sequēti patēt exēplo. quoniā ī Marco T. Ci=
cerone sūmo et celeberrimo quidē oratore/tāta erit dicēdi vis/
eloquētie facultas/agendi ratio/tāteqꝫ eius cōstabūt orōnis di
uicie/vt sibi esset insitū a natura/ꝙ in ipō esset acutū ingeniū/
graues sentētie/intenta memoria atqꝫ gestus oratorius oīa po
terat aīo percipere/meōria custodire/rempub. administrare
et alia cetera gubernare. Erat etiā eius Ciceronis sapiēter suū
in rebus agendis cōsiliū explicare/mēte prouidere/orōne per
suadere/autoritate probare. qui etiā amicorū saluti cōsulebat
multorū insolētie resistebat/ hominibus virtute preditis fami

liariter vtebatur/bonos mirifice diligebat/viciis deditos odiose fugiebat/oīa etiam ipsius Ciceronis in rempub. prouisa prudenter/rēspōsa acute/librata accurate/incepta libēter/perfecta diligēter/gubernata moderate/acta cōstāter/administrata sapiēter/esse constabāt. Omnia preterea benedicendi precepta. ab ipso callidissime aīaduersa/verbis designata/generibus illustrata et partibus distributa fuerunt. omnes deniq̧ prestantes philosophie rōnes. ad bene beateq̧ viuendū optime pertinentes/ab eodē Cicerone fuerunt prudentissime excogitate/cōmodissime descripte/et diuinitus illustrate. Ergo ipse Cicero diuina prudentia īstructus excellēti ingenio preditus/perspicacissima animi fortitudine munitus/incredibili tēperātia decoratus/maxima integritate cōditus/singulari modestia illustratus/integra fide insignitus/gratissima humanitate nobilitatus/clarissimis moribus expolitus/omni recta viuendi institutiōe cumulatus et ceteris prestātibus virtutibus exaggeratus. et hmōi sūmis excellētibus diuinisq̧ virtutibus eius/ per oēs totius orbis terrarum regiones atq̧ partes/clarissimā noīs gloriā et āplissimā virtutum exterminationē/sibi celeberrime comparauit.

Vigesimū secundū est circa pronomina quoniā pronoīa et proprietatē quādā noīm subītelligūt/ et prōptitudinē magnā īportāt/et demrātionē rerū et animorū. Et hmōi adiectiua esse cōstat/que per se in multis ac variis dicēdi generibus locū habēt. Ex quibus equidē pronomībus quamq̄ multas in dicēdo cōmodas rōes elicere possemus tamē aliquas video preter ceteras/diligētius esse notādas. Vna enī hec ratio considerāda est. Qz istis geītiuis quiq̧ pronominū mei tui sui nrī et vrī mīme vti debeamus nisi cū expressū substātiuū hrē nō videantur/qui profecto huiusmodi genitiui absq̧ substantiuo expresse posito tūc regūtur ab huiuscemodi adiectiuis/qui aut copiosam quandā habundātiā īportāt/aut promptū amorē vel odiū significāt/aut efficacem aliquā cupiditatē demonstrant. Vt in

hoc patet exemplo. Cum manfredus Soncienſis fidei amore
plenus: mei ſtudioſiſſimus et tui amantiſſimus: cuius dignita
tis ego ſum magis auidus q̄ ſui affines: per meas tibi litteras
cupiat ſe plurimū cōmēdari / ego aūt amore ſui maiora facerē
hoc a te peto: vt ipſum manfredum tua benignitatis gratia re
cipias exorandum: hoc tibi perſuadens neminem te tui aman=
tiorem eſſe habiturum. Altera eſt conſideranda monitio.
Q hec quinq deriuatiua pronomina meus tuus ſuus noſter
et veſter: quamq̄ per ſe conſtent eſſe adiectiua / alia tamen eis
adiectiua ſibi idonea addenda ſunt que illorum adiectiuorum
ſubſtantiua ita adiuuēt: vt eorum ſubſtantiuorū preſtantiam
aut dignitatem aut amplitudinem aut naturam aut cōuenien
tiam magis demōſtrent ac longe clariorem et magis promp=
tam orationis ſentētiam explicent. De quo hoc te expedi=
et exemplum. Optima enim mea erga te tuoſq omnes beni=
uolentie coniunctio / et clariſſime tue tuorumq virtutes: ac eti
am ampliſſima tua in me meoſq benemerita efficiunt: vt of=
ficioſa noſtra beneficiorum receptorū memoria īmortalibus
noſtris in nos officiis mutuo correſpondere teneatur. Ex
quibus quidem duabus conſiderationibus habes Q prono=
mina primitiua atq diriuatiua: ad multiplicandas orationes
plurimū valent: et cōmode rhetoricam exaugent elocutionem
De quo etiam ſequēs tolle exemplū. Eximia equidē illa tue li
beralitatis āplitudo: ex qua me plurimū exaggeraſti: iure ipō
a me depoſtulare videtur: vt non ſolum res omnes meas: ſed
etiā meipſum totum pro omnibus tuis cōmodis et ornamen
tis exponere tenear. Preterea ex relatiuis ſubſtantie et acci
dentis: nrās aut multiplicare aut cōtinuare aut variare cōmo
diſſime oratōnes poſſumus: que licet orōnes ſine relatiuo pro
ferri ſimpliciter poſſent: adiuncto tamen ſibi relatiuo longe fi
unt copioſiores longeq apertiores. Poſſemus enim ſine rela
tiuis nude ac ſimpliciter orationem in hunc explicare modū.

Ego propter magnū ciceronis in me amorem/et propter insi
gnes eius virtutes/atq propter multa et magna sua beneme
rita eū plurimū diligo. Sz ex relatis sbāe īterpositis sic multi
plicari pōt. Ego enī cū propter magnū ciceronis in me amo-
rē/quē sēper optimū fuisse cognoui/tū propter eius virtutes
quas celeberrimas equidē et insignes esse cōspicio/ tū etiā sua
erga me benemerita/que ab ipso multa quidē et magna recepi
eū profecto mirifice diligo. Item sine relatiuis accidētis nude
ac simpliciter sic dici posset. Cum marcus catho pro salute sue
patrie multa quidē egerit/non igitur īmerito ipsū bonū sem
per ciuē fuisse dicimus. Que orō ex relatis accidentis sic mul
tiplicatur. cū talē M kato rōne reipub. se ciuē sēper prestiterit
qualē benemerite respub. possidere desiderāt/tātaq benemeri-
ta in patriā suā cōtulerit/quanta rectus ciuis iure ipso confer
re dz/totq pro communi salute pericula perpessus fuit/quot
alius quiuis solitus eēt sustinere/nō igitur īmerito oēs catho
nē ipsū bonū virū et optimū iudicare possūt. Relatiua etiā ac
cidētis/vt sunt talis tantus tot et his similia/multiplicant orō
nes cū post illas orōes ex huiuscemodi relatis cōfectas/nccio
sequatur illa cōiunctio infinitās vt vel q/aut sua correspōden
tia qualis quātus quot et similia/que cōiunctiōes vel relatiua
sint alterius sequētis orōis principiū/et sint causa q aut vna
alia oratio/aut plures etiā orationes subsequantur. Vt in his
patet exemplis. Numa pompilius romanorū rex officiosissi-
mus/talem se reipub. gubernatorē prestitit/tantū romane pa
trie adiūxit/totq romanis ciuibus beneficia cōtulit/q vniuer
sa romanorū pr̄ia īmortales sibi grās referre tenetur. Itē. G.
enī pompeius/tales a M Cicerone patrocinii fructus recepit
tantas est ex ipso laudes cōsecutus/ totq īmortalitatibus eius
beneficiis exaggeratus esse videtur/vt nisi ipse pōpeius bene
ficiorū īmemor haberi velit perpetua debeat ipsū ciceronē be
niuolētia cōplecti/et pari sibi meritorū vicissitudīe respōdere

Simili etiam modo de relatiuis substantie exempla sume-
re posses/que propter breuitatem nolo enarrare/et potuissem
tot tibi dedisse precepta/quot conspicis considerationes.

Vicesimū tertiū ergo preceptū similiter circa pronoīa
sume. viz Q. hoc relatiuū qui que quod nō cōstruatur
īmediate cū suo ātecedēte/sz inter relatiuū et suū ātecedēs ver
bum interponatur aliquod. Vt homines diligo qui paci et stu
dio vacant. alias. qui paci et ocio studēt. Cicero eloquētissimus
fuit/qui ceteris ī dicēdo prestitit. Platonē oēs imprimis lau-
dant/qui rerū diuinarū cognitionē āte alios aperuit. Nōnūq̄
etiā ornatus causa relatiuū suo ātecedēti prepoītur. Vt quos ī
vrbe tumultus excitasti/multarū seditionū principiū et cā ex
titerūt. Similiter īterdū a relatiuo īcipimus orōnē nullo āte-
cedēte expresso. vt que tua humanitas ē/maiorē beneficiorum
rationē q̄ īiuriarū habebis. Que tua modestia ē ferēda/equo
animo contumeliā hanc iudicabis. Nec solum in casu recto sed
in ablatiuo etiā hac dicēdi ratione nonnunq̄ viri eloquētissimi
vsi sunt. Vt qua animi prudentia semper extitisti/nunq̄ dubi
tatur omnia te prudenter consultoq̧ facturū. Hoc aūt rela
tiuū Is ea id īmediate post suū ātecedēs collocetur. Vt. P. af
fricanus is qui cartagine magna sperantē/leges romanorū co
egit accipere/oēs sūmos bellorū duces laude gloriaq̧ ātecessit

Vicesimū quartū preceptū. Circa verba erit necciū. aī-
aduerti eī q̄ plurimū ī cōpositiōe dilucidādi stili hoc pre
ceptū esse diligēter obseruādū/vt fini orōis nrē verbū aliquod
personale vel īpersonale/siue finitum siue infinitum/aut acti
onem aut passionem significās sit collocandū. Nam quemad-
modū qui vias faciēs cū multū ambulauerit/diuersoriū vide-
at vbi itineris finē/ et quasi laboris sui terminū esse intelligit
plurimū recreatur. Ita etiā ex verbis ī fine orōis termīatis/cū
sententia illius totius orationis ante tacte apertius explicetur
fit vt legentis animus meliori quidem intelligētia acquiescat.

Et ſi illud verbum longum fuerit aut plurimum reſonãs con
cinniorē profecto ſi in fine oratõis termĩatur / quã ſi in media
aut alia orõnis ipſius parte collocatur ſonorita tem preſtabit /
de quibus exempla per ordinem videre pulcrũ iudicabis / qui=
bus ſcilicet modis quibuſq; rationibus ipſa ve rba ſiue ſingula
ſiue plura in fine orõnis collocentur. Exemplũ vbi vnum
verbum finitum actionē ſignificans vnice orationi inſeruiens
in fine orationis terminatur. vt. Ego enĩ homines claris vir=
tutibus preditos tãtopere diligo / vt nulla res tam maxima eſ
ſe poſſet / quã non ego pro ipſis libenter perficerem. Exem
plum vbi verbum finitum in fine poſitum / duas inſeruit di=
ctionibus. vt Cauſam profecto meã iam faciliter impetraſſem
ſi amor ſi gratitudo in quibuſdã hominibus extitiſſet. Exē=
plum vbi duabus orõnibus verbum inſeruit. vt. Ego quidem
id ſemper egi / vt et me tibi amiciſſimum extitiſſe / et tuis omĩ
bus me nunquã defuiſſe intelligeres. Eodē quoq; modo verbũ
in fine poſitum / tribus quatuor vel pluribus ſiue dictionibuſ
ſiue orationibus poſſet accõmodari. De pluribus dictionibus
exemplũ tolle. Nos cũ prudētie / cũ iuſticie / cũ temperãtie ui
gilauerimus / vitã equidē officioſam faciliter perducemus. De
pluribus orõibus hoc ſit tibi exemplũ. Miror eĩ plurimũ cur
mihi aduerſeris / cũ ego ſemper tibi plurimũ inſeruire / affini
bus ſedulo fauere / atq; aĩcis tuis vehementiſſime opitulari ſtu
duerĩ. Exēplũ vbi duo verba finita / quorũ quodlibet vnice
orõni ĩſeruiat ĩ fine orõis cõtigua terminãtur. Ego eĩ rões oẽs
ex quibus pro maxĩs tuis ĩ me officiis merito tibi gratificari
poſſĩ exquiro. Exēplũ vbi tria finita / quorũ ſigulũ ſingule
orõi ĩſeruiat ĩ fĩe orõis termĩantur / vt quoniã ea quidē rõe ad
ſtudiũ l[illegible]arũ acceſſimuſ. vt bonarũ artiũ virtutē cõſeq̃mur / dã
da ē igitur opera diligēs / ne ex ipĩs ſtudiiſ niſi poſtquã virtutē
illã quã aſſequi deſideramuſ / adepti fuerimus / recedamus. Exē
plũ vbi verba fĩta tria numero / vnice orõi ĩſeruiētia ĩ fĩe orõis

collocantur que sententiam cōfirmatiorem efficiant. Vt ego quidē tantopere te diligo colo magnifico / ꝙ totā causā tuā libē tissime suscepi curaui perfeci. Potest etiā ante verbum finitū vnum vel plura verba īfinita collocari. vt supra ex aliquibus habes exēplis / et tria nūc tibi subnectere curabo. vt omnes eī homīes qui recte viuere volūt deū īprimis colere debēt / et diuina precepta seruare tenētur. Item. Singularia enī tua ī me officia merito efficiunt / vt habeā memoriā tue dignitatis / quā diligenter obseruari studeo. Item. Marcū enī Ciceronē ex magna eius facultate tantū facere posse / ꝙ meā causam eiu ꝫ vnius opera et diligentia me assequi posse confido. Simili etiam per oīa ratione / verba passionē significātia in fine orōnis commode sunt collocāda. De quibus pauca propter cōformitatem actiuorū tibi exempla trado. vt Illi profecto viri ab omnibus facillime diliguntur / quorū virtutes clarissime conspiciūtur. Item. littere a te mihi sepenumero mittūtur / ex quibus ōnes tue vite rationes optime declarantur. Item a nobis sepissime noua intelliguntur / que tum de bono statu significētur / maxima profecto cum iocunditate audiuntur. Verba item neutralia / deponentia / cōmunia / impersonalia tam actiue ꝗ passiue vocis / et plura alia verba in fine orationis posita / elegantiā reddere solent. Exemplū de neutrali verbo. Est enī virorū bonorū atꝙ prudentū / vt omnibus faueant et inseruiant / nemini noceant / et officiosis rebus inuigilēt. Exemplū de deponēti. vt. Tāetsi ob sūmas occupatiōes meas / vel frequēti familiaritate nostra vel lrārū visitatione minime vtor / tuorū tamē beneficiorū recordor quorū nullis qīdē tēporibus obliuiscor. Exemplū de cōmuni / vt prestantissimas bonarū artiū disciplinas / assidua studendi exercitatione complectaris / maximopere te hortor / quoniā he sunt ex quibus homīes plurimū venerātur. Exemplū de verbo impersonali actiue vocis. Ea me opinione atꝙ viuēdi rōne spero fore / vt nūꝗ me peniteat.

Exemplum de verbo impersonali passiue vocis. Mihi quidem cum nihil perscribas a nobis alienū esse factū in omibus estimatur/ et tuū remissum scribendi officiū plurimū coarguitur/ et vehemēter etiā accusatur. Item. ab amicis equidē tuis itur quotidie/ venitur/ vigilatur/ atꝫ cōtenditur/ vt quo desideras perueniatur. Exemplū vbi verba benefit malefit satisfit in fine ornande orōnis cōmode terminātur. vt Tu vide ꝙ magni inter nos intersit atqꝫ referat. vbi enī affinibus tuis atqꝫ amicis pro suis in te officiis malefit. a nobis beniuolis nrīs plurimū benefit/ atqꝫ semper cumulatissime satisfit.

Vigesimū quītū preceptū ē Qꝛ sicut verba finita ī fine oratōnis posita/ egregiam quandā habere resonantiā/ et gratam afferre solere intelligentie terminationē cōstat/ sic infinita etiā verba cū sint in fine preserti orōnis cōmode collocata/ legentiū aures admodū oblectāt/ et apertā profecto sententiarum et aīmorū explicationē repsentāt. Animaduertas igitur qua ratione/ quo ve ordine ipsa infinita personala aut impersonalia/ siue singula siue bina siue trina/ vel cōtigua vel intermedia in fine orōnis collocētur/ de quibus hec pauca que sequūtur exempla dabo. Et primo sit exemplū de verbo īfinito in fine posito/ vnice orōni inseruiēti. vt si viri boni volumus esse/ non debemus aliquid committere/ quod aliis hominibus nrā culpa possit obesse. Exemplū vbi duabus inseruit orōibus. vt/ cū hec presens vita hūana admodū breuissima cōstet/ et alia quā anīa sequitur sit futura sēpiterna/ sic anime nostre consultū iri desideramus/ vtilius ē nobis a deo ꝙ homībus adamari. Exemplū vbi duo verba īfinita ī fine posita duabus orōnibus inseruiūt vt/ cū tu semper diligentissimus extiteris non solū salutē meā/ sed etiā omniū meorū incolumitatē velle querere/ mihi ego etiam videor/ vllū non modo officium/ sed vllam etiam in tuos diligentiā sine maxima culpa posse preterire. Exemplū vbi tria verba īfinita in fine orōnis cōtigue

posita vnice orōni īseruiūt. vt cū nihil hoībus optatius eueni re debeat / q̄ diuinā sibi gratiā velle posse cōparare / certe vt eā hoīes sibi adipiscerētur oīa vellēt studere agere debere. Exē plū vbi plura verba infinita ab vno verbo finito dependēt. vt in superioribus te litteris admonui / quid te agere oporteret / quid cōstituere / quid curare / quid ve in omni rōne deliberare

Exemplū vbi verbum infinitū fore ab antiquo verbo fuo fuis quod nūc non est in vsu / quod semper consequens signat scilȝ futurū esse / vt et nullo modo tempus presens significare solet / in fine orationis cōmode collocatur. vt Marcus enī Cicero qui maxīs a te officiis se exornatū esse profitetur. āplissimas tibi grās agit / desideratq̧ aliquando fore / vt cumulatissie tibi satisfaciat / id enī aget libentissime / quoniā ipsū gratissimū esse cognoui / hoc igitur exploratū habeas velī Ciceronē sēper tuū esse fore. Participia preterea gerūdia et supina in fine itē orōnis aptissime poni possūt / sed de his exēpla videre poteris infra in precepto vbi dicemus de participio.

Vigesimū sextū q̄ āte verbū vel participiū ī fine orōis collocatū persepe aliq̄ dictio lōga pōatur / que prolixa dictio preter egregiā illā sonoritatē q̄ affert verbū uel participiū positū ī fie efficit etiā orōis stilū magis extēsū magisq̧ optimū que dictiōes ex oībus partibus gramatice orōis deduci pūt de qua rōe pauca tibi exēpla proponā / reliqua tu facillie cōsiderabis. Exēplū vbi adiectīm superlatīm nomē āte verbū ī fie orōnis termīatū cōtigue locatur. vt si bonarū artiū disciplīs operā accuratissimā adhibueris fructus ex ipīs q̄ āplissiōs cōsequeris

Exēplū vbi aduerbiū superlatīm iuxta verbū ī fie orōis ponitur. vt nullū eī agēdi aut cogitādi locū pretermittens res tuas diligētissime curaui. Exēplū vbi participiū āte verbū cōtigue locatur. vt quintū enī fabiū ita pro dignitate tua vidi laborantē / vt eū virū equidē diligentē existimē. Exemplū de gerundio ante verbū collocato. vt cū bonarū artiū disciplinas

necessarias esse ad bene beateque viuendũ existimẽ: ea igitur ra=
tione virtutibus a nobis inuigilandũ est: vt dũ ipsis recte fru
emur aduerse fortune minus succũbendũ sit. Exemplũ de
supino iuxta verbũ posito: Vt ego enĩ hac sẽper opinione du=
ctus fui: vt ĩ vero ĩgenio veraque doctrina plurimũ dignitatis et
emolumẽti cõstitutũ putẽ

Vigesimũ vii. preceptũ ẽ circa hoc verbũ sũ es est: quod ita verbũ cõmodissimũ eẽ
constat et necessarium: vt in omnibus eius modis et tempori=
bus numeris et personis tantas afferat oportunitates ad mul
tas et varias oratiões in dicendo pertractãdas: vt omniũ pene
verborũ pater et adminiculum merito iudicari possit. Nã pre
terita tpã verborum passiuorum. deponẽtiũ. cõmuniũ. et neu
trorũ defectiuorũ. tũ etiã ĩfinita. participia. gerundia et supĩa
ipõ verbo quod sepissime tantum indigent: vt aliquando vim suã
cõmode quidẽ exprimere nõ possẽt: nisi verbum ipsum sũ es ẽ
eis ipĩs admĩculetur: et in oĩ oroĩs parte suũ prestaret adiuua
mentum. Et omittendo exempla in quibus dictio est aliquãdo
pertinentiam importat: aliquando officium significat: et ali=
quando proprietatẽ demonstrat: exẽplum ponamus vbi dictio
ẽ post participium ĩ fine oroĩs cõmode locari solet, vt marcus
enĩ brutus in causa nostra ita diligens est: quod omẽs profecto ra
tiones que nobis prodesse possunt studiosissime pertractãs est
Item: Tantam enim operam Quintus hortensius eloquẽtie
studiis adhibiturus est: quod orator quidẽ celeberrimus propediẽ
futurus est. Exẽplum vbi dictio est / post gerundium collo
catur. vt Hoc a nobis diligẽter obseruãdũ ẽ / vt bonarũ artiũ
studium officiosissime a nobis pertractãdum est / aut studendi
officium euitandum est. Exẽplum vbi dictio est / post supi=
num ponitur. vt Quod a te mihi mãdatum est / studiosissime
quidẽ perfectum est. Itẽ. Hoc enĩ facile dictu ẽ / sed nõ facile fa
ctu est. Notaui etiam quod post infinitiuum esse apte collocantur
participia omnium tẽporum / que et elegãtẽ habẽt cõsonantiã

et gratā intelligentie termiatione relinquūt! vt hec que sequū tur exēpla declarant! vt Accuratissima quidē illa agendi cura! quā vidimus Curionē pro te eē sustinentē satis nos admonere videtur! vt ipsū Curionē i rebus tuis iudicemus esse diligentē Itē. Quid mihi de rebus tuis curādū mādasti velī tibi per sua deas id me libēter esse facturū. Et multa ad hūc modū similia

Vigesimū octauū. Quāq̄ i rhetorica orōne (exēpla. struenda hoc sit preceptū preter cetera diligēter obseruā dū! vt i fine orōis verbū aliquod collocetur! quod orōm splen didā! prestatē! ac plurimū resonantē efficiat. persepe tamē cōti git vt verba illa que i orōe cōcurrūt collocāda! aut breuia sint aut parū efficatia/ aut quasi muta/ aut parū resonātia/ aut fu erint adiectim aliquod et substantim cōmode intersecantia! et a lie multe dictiones/ que vel longiores vel concinniores esse cō stent! in fine orationis longe aptius videantur terminari! non erit incōmodum si alias cōmodiores dictiones in fine oratiōis collocemus. quas equidem dictiones ex omībus partibus gra matice orationis verbis et interiectionibus exceptis! vt in se quentibus descriptis exemplis videre potes! apte quidem de sumere poteris. Exemplum de nomine proprio in fine or nande orōnis terminato. vt lrās tuas ad me detulit Antonius quas tuo nomie mihi assignandas sibi consignauerat Marcus Tullius. Exemplū de appellatiuo. vt Preclarissimas equi dem virtutes adamarunt semper prestantissimi viri et officio si homines. Exemplum de appellatiuis in tas et i cio termi natis que egregiam elocutionis suauitatē efficiunt. vt. Tanta quidem erat Gasparini Barsiy pergamensis i legendo elocuti onis sonoritas! et in cōmutando humanitas! vt neminē vnquā offendere potuisset! illa eius dicendi ac conuersandi cōmunica tio! quoniā ex eius pronūtiatiōe melle dulcior fluebat oratio.

Exemplū de nomine primitiuo ī fine posito. Tua quidem erga me officia perpetuo cōmemoratu digna id efficiūt/ vt nō

minus te diligā ac si mihi proprius esses frater. Exemplū de diriuatiuo. maxīopere semper te adamabo / quoniam amore me semper obseruasti cōfraterno, Exemplū de cōparatiuo in fine posito. Non potuissē in rebus tuis fieri diligētior / pro quibus equidē tantā adhibui curā / vt nulla me potuisset adhiberi maior. Exemplū de superlatiuo. Omnibus ī rebus se dulo me tibi cōperies paratissimū / quoniā in ōnibus etiā meis cognoui te michi semper obsequētissimū. Itē. Pompeius vir in omnibus rebus subtiliter cōsiderādis fuit prudentissimus. Item. munus hoc recepi a te suauissimū. Exēplū vbi oratio in nomen aliquod egregiū et insigne terminatur. Vt. que ad me scribis sunt egregia. Et hoc opere preciū laudatur. Similiter laudatur / si orō dictionē habeat vniuersalē negatiuā in fine vt nullus et nemo / vel affirmatiuā vt ōnis et quilibet. Exēplū de negatiua. Quē te magis diligā habeo neminē. Exemplū de affirmatiua. Que vir bonus facit laudāt omēs. Exēplū de partitiuo nomine in fine posito / vt horū que mihi proposuisti vellem neutrū / sed tamē si elaborandū est in alterutro vt nobis omnino suscipiendū sit alterū / placet magis superius cū presertim nccio eorū a nobis ingrediendū sit alterū. Exemplū de pronomīe primitiuo in fine orōnis posito. vt Qualis erga te semper extiterim ego / facilius longe potes iudicare tu / quā tibi persuadere poterit is ille / qui optime nostri couēti oni plurimū studet esse detractū. Exēplū de pronomīe deriuatiuo. Quoniā tibi promptissimus / atq3 omībus in rebus obsequētissimus animus fuerit meus hoc relinquā animo iudicādum tuo. Exemplū de participio in fine orōnis terminato. vt Sū propediē ad te venturus / quā plura tecū ad vtriusq3 nostrū cōmoditatē pertinētia cōmentaturus. Exēplū de gerūdio in fine posito. de tuis rebus a me nullu3 profecto tempus pretermittitur / et agēdi et cogitādi. Exemplū de supino. vt quātopere te diligam esset profecto perdifficile dictu. De quo

rum participiorum gerundiorū et supinorū ratione/ infra in
precepto de participiis dicemus latius. Videnda nūc sunt
nōnulla de aduerbiis exēpla/ in fine ornande orōnis collocatis
Et primo de aduerbio tēporis. Scio te mihi amicissimū fuisse
semper. Item ex āplissimis tuis virtutibus magnū te virū exi
stimaui semper. Item. nūquā potui quicq̄ agere quin tu mihi
fueris cōtrarius semper. Exemplū de aduerbio loci. Optie
cognouisti me nō solum amicū tibi extitisse intus et foris/ sed
etiā me tibi defuisse nusquā/ aut quicq̄ me tibi denegasse nūq̄
Exemplū de aduerbio optādi. Hanibal romanū īperiū plu
rimū defatigauit/ q̄ italiā nūquā attigisset vtinā. Exemplū
de aduerbio negandi. Multa enī mala nuper conflata et agita=
ta fuisse dicitur/ sed plurimū gaudio horum te attigisse nihil.
Exemplū de aduerbio affirmādi. Ita res est vt nobis narra
sti profecto. Exemplū de aduerbio dubitādi. Que nobis fu
tura dicebas fortasse nobis euenire possent fortuitu. Exem
plum de aduerbio iurandi. Non faciam medius/ neq̄ dicam
hercule/ que mihi probabiliter nō videbūtur. Exemplū de
aduerbio qualitatis. Tua in me benemerita nō solū retribuam
singulatim/ sed etiā tibi satisfaciā cumulatum ac multifariam
Item. quoniā ego fato natus sū/ et talē meā fortunā esse intel
ligo/ vt nemo mihi quicquā cōsulat/ nisi quod ī magnū suum
emolumētū redūdare arbitror. cōstitui igitur mecū velle dein
ceps viuere meatim. Item. Tuas litteras legi libēter/ et audi=
ui tabellariū diligēter/ qui statū tuū mihi narrat perpolite at=
q̄ suauiter/ et cōmunes etiā casus quā ferres fortiter et mode
rate. Exēplū de aduerbio ordinis. Multa sū per lrās meas
tibi significaturus deinceps/ et te semper amaturus magna in
te beneficia collaturus preterea. Vnde meā in te volūtatē que
optima est beneficiorū loco suscipies interea. Exemplū de
aduerbio remissiuo. Cum tante mihi nō suppeditent faculta=
tes tibi satisfaciā paulatim/ et qua ratione id melius fieri pos=

sit pedetentim. Exemplū de aduerbio intensiuo. Exopto q̄ plurimū / vt ad me venias penitus quod opus ē omīno. Exemplū de aduerbio similitudīs. Sicuti optīa fide te admonui / velim facias ita. Inter cetera autem aduerbia cōparatiua et superlatiua in fine orōis posita / cōcinnā faciūt sonoritatē. Exemplū de aduerbio cōparatiuo. vt q̄ rogas vt negotium tuum curare velī diligentius / hoc tibi persuadeas velim / nulla quidē rōe agi potuisse studiosius / nec curari amantius q̄ est actum / nec perfici accuratius. Exemplum de aduerbio superlatiuo Video enī te vitā agere prudētissime / cum oīa que ad bene viuendū pertineant perscrutaris accuratissime / atq3 prosequeris diligētissime. Item. Que mihi mādasti cōfeci oīa cumulatissime. Nūc ponēda sunt prepositionū exempla. et primo de prepositione ante. vt ex hoc maxīo tuo in me beneficio te plurimū diligo / quod ex āplissimis tuis etiā virtutibus fecerā multo ante. Exemplū de prepositōne citra. Scribo frequēter aīcis nrīs / quod nō fecerā multos ānos citra. Exēplū de prepositione contra. Tanto enī omniū hominū consensu Cicero romanorū consul creatus fuit. vt in ipso magistratu creādo neminē habuerit cōtra. Exemplū de prepositione vltra. Recepi duas a te lrās et tres rationes nec vltra. Exemplū de prepositione corā. Sed hec multa explicaturus sū apertius illo coram. Exemplū de prepositōe clam. Que agere cōstitui / ita probabilia esse cōstant / vt nihil sū facturus clam. Exemplū de prepositione palā. Omīa profecto que officiose recteq3 fiūt possunt oībus significari palā. Postremo pauca vide de cōiūctione exēpla. et primo de coniunctione approbatiua in fine ornande orōnis termīata. vt Quod mihi mandasti diligenter perficiā / nam ita meruisti quidē. Exemplū de coniunctione collectiua / rationali / vel illatiua. Quid faciā ego / deceptus sum igitur. Reliquū est itaq3 / vt deinceps accuratissime mecū cōsider. ēquibus credā quosq3 cauere debeā. Exemplū de coniū

ctione dubitatiua. Studebimus ne ocio/marcescis ne. Exēplū de cōiūctiōe diminutiua. Q si tu ad me accedere nō potes lrās mihi tuas que de his rebus quas scire desidero me admoneant velī mittas saltī. Fui prolixior ī hac ꝙ cōstituerā preceptione/sȝ multitudo exēplorū/et quidē domesticorū/circa ōnes gramatice orōnis partes incidentiū/huiuscemodi in eā fuerūt

Vigesimū nonū preceptū/Q verbo (prolixitatis subiunctiuo īterdū pro indicatiuo vtamur/vt Illud a te velim/pro volo/et iste est frequens et elegans apud oratores mos. Illud si feceris/pro facies. Similiter futuro infiniti verbi ī iri desinētis īterdū pro presenti eiusdē vtimur. vt factū iri pro fieri/et hec est electissima preceptio/nemini dubiū est.

Tricesimū preceptū est circa multiplicandam ex verbis orationē. Nā quāꝙ verba siue in principio siue ī medio siue in fine orōnis collocata/tantā indicēdo oportunitatē habeant/vt ex vnico verbo oratio perfici possit et illustrari/tamen multomagis ex pluribus multiplicatis verbis/et augetur/ et maxīe resultat oratio. Cum igitur aliquādo vehementē aliquē mētis cōceptū explicare cupimus/aut rē magis clarā et magis apertā demrāre volumus/multiplicatis verbis id efficere poterimus. Exemplū vbi sententia ex verbis simpliciter explicatur. vt Quoniā lrārū virtutes tales esse cōstāt/ vt totus mūdus ex ipsis gubernetur/te hortor atq rogo/ vt ad eas tibi cōparandas cures/vt virū ex ipsis te prestantissimū reddas. que quidē sentētia sic ex verbis multiplicari potest. quoniā litterarum virtutes tales esse constāt/atq huiuscemodi semper extiterunt/vt ex ipsis vniuersus terrarū orbis gubernetur/exornetur adiuuetur/et cōseruetur/non solū te plurimū adhortor atq moneo/verū etiā pro sūma nrā familiaritatis cōiūctione maxīopere te rogo/exoro/obtestor/atq te vehemētissīe cōtendo/vt pro ipsis lrārū ornamētis cumulatissime tibi cōparēdis tantopere cures/labores/īsudes/inuigiles atq incūbes/vt vi

rum ex ipsis te reddas prestantissimū. Item aliud exemplū. de nostra reipub. bonā equidē spem cōcipio: nā qua rōne res omnes agerentur: audiui intellexi interfui vidi cognoui. Itaq͡ʒ a nobis sedulo excogitatur tenetur prouidetur deliberatur agitur et nihil pretermittitur: vt cōmunis salus detrimenti nihil paciatur atq͡ʒ diutissime conseruetur.

Tricesimū primū preceptū est circa participia gerūdia et supina ī cōpositiōe orōis artificiose tractāda: que qui dē participia gerūdia et supina: ea rōe a verbis deducuntur: vt tā ipōrū verborū / quā etiā noīm adiectiuorū vim efficatiā et rationē magnā cōplectātur: possumus ergo nostrū dicēdi stilū ex participiis in oībus eorū tēporibus atq͡ʒ casibus: et in principio et in medio ac in fine orōnis collocatis: ornate elegāterq͡ʒ contexere / atq͡ʒ negotiorū sententias que ex prolixa nimis dicendi rōne sepenumero cōtractātur ex ipsis participiis cōplecti. Tum etiā ex gerundiis atq͡ʒ supinis ī ōni eorum termiatione orationē rhetoricā possumus aptissime cōponere. de quibus ōnibus ex ordine exempla subsequuntur. Exemplū de participio presētis tēporis. Cōplectens ego amplissima tua in me benemerita beniuolenti memoria sū quottidie perscrutās: qua rōne paribus tibi officiis correspōdere possim: nec ē tamē impresentiarum ptās mei sedulo de te cogitātis: et tua ī me beneficia cōtinua cum recordatōe repetētis: vt quod ego in te fieri desiderē ex snia perficere valeam. Exemplum de participio preteriti tēporis. Imitatus ego libēter illorū priscorū vitā qui viri hīti sunt officiosi. secutus sū libēter mores Ciceronis: studia bonarū artiū sedulo imitantis. Nam profecto Ciceroni oībus studiis a pueritia dedito: ita ommes cōmodissime elocutionis diuicie: et officiosissime bene viuendi rōnes successerunt: Vt omnes hoīes tantā eū eloquētiā cōsecutus esse cōspiciāt: q͡ʒ eum cumulatū equidē oratorē faciliter cōprobāt. Exēplum de participio futuri temporis in rus / in prīcipio ī medio et in

fine orationis posito. Dubitaturus sū tam diu de negotio nrō q̄ diu recepero lrās. M. bruti mihi significaturi quid de re ipsa factū fuerit/ cui bruto/ pro nobis maxīopere laborāti/ causam ipsā meā ea spe cōmisi et cōmendaui. vt sperem ipsū causam hāc nrām diligenter curaturū/ et dignitatē nrām tandem cōseruaturū. Exemplū de participio futuri tēporis in dus. Vituperanda res vt scribis tibi delata est/ que nullo quidē pacto ex sententia tua fuerit attingenda/ q̄ Dionisiū quē multis viciorū criminibus coinquinatū esse dicis/ meis officiis cōplectendū susceperim/ cuius rei causā recte intelligas velī/ nā cū mihi acerbissimis molestiis affecto/ ac etiā maioribus afficiendo/ maximo mihi dionisius ipse adiumēto fuerit/ iustū esse iudicaui vt mutuis sibi officiis respondere. Itaq̄ ipsū Dionisiū ea quidē rōne mea fide recepi defendendū. Iniquū enī nimis extitisset/ si meā debitā sibi operā denegassem. Exemplū de gerūdio in di. Quod a te scripsi/ illud exercendi potius/ quam ostentādi ingenii causa feci/ et amandi tui occasione mihi propositū est/ vt nihil quod tibi conducere existimē difficile mihi videri posset/ et vtinā ea esset michi agendi oblata facultas/ vt aut consolādi aut iuuādi rōem aliquā possiderē/ quod si hoc esset nullū profecto locū ornandi pretermitterē. Exemplum de gerundio in do. Qui reipub. gubernationē suscipiūt/ facilitatem in audiendo/ humanitatē in agendo/ promptitudinē in satisfaciendo seruare debent. neq̄ enī reipub. deficere deberēt. dicendo consulēdo argumentando persuadēdo cōmouendo iuuando/ nec si opus fuerit mortē effugere debent in periculis cōmorando. Exemplū de gerundio ī dū. Cum ea quidē rōe nati sumus vt aliquid semper dignū viro a nobis tractandū sit non est ergo nobis negligendū/ sed diligēter potius procurandum/ vt officiosum semper aliquid sit agendū/ nec tamen contra naturā est pugnandū/ sed in recto quidē proposito semper est permanendū/ et vt sapientis mos est temporibus est assen=

ciendum. Exemplū de supino in tum termiato in oratione rhetorica cōmode tractādo. Cum sepenumero a me quesitū esset/quid apud maiores nrōs sapiētes viros vsitatū fuisset/itelligebam ab ipis reipub.imprimis esset satisfactū/sȝ postq̄ ab ipsis ex nimia eorū arrogātia et intollerabili potentia itum est ad arma/ab ipsis postea desitū est rēpub.recte gubernare.optime igitur ab illis vrbibus actū ē/ et sapientissime cōstitutū/ que tales ciues habere volunt vt alius aliū potentia superare non possit. Exemplū de supino in tu.Magna fuit disceptatio inter Q. Ciceronē.et.M.Tulliū eius fratrē.Vtrū eloquētia eo pacto a natura homībus esset insita/vt dicendi preceptione opus non esset/an ars de dicēdo aliqua dari possit.Q.enī Cicero dicebat eloquentiā ea rōne a natura esse homībus datā/ vt ipsi homīes naturaliter se exercētes quicquid vellēt persuadere possent.Marcus aūt rōnes ōstēdebat ex quibus cōmodissimū esse extabat dicēdi artē fuisse iuuentā maxime nccīam/et optimā esse factu/ꝙ homīes ipsā discerēt ac pertractarēt/quoniā oīa sūt ex arte ipā faciliora dictu/et elegātiora q̄ dē īstructu

Tricesimum secundum preceptum est. Quonam pacto participia orōnes amplificāt/ et rerū sententiā breuiter cōplectuntur.participia enī/tum multas in dicendo nobis afferunt cōmoditates/tum etiā sunt optime accomodata/vt oratoria dicendi ratio admodum augeatur/ et rerū sententie que amplā verborū copiā expeterent/breuibus quidē verbis ex ipsis participiis intercedentibus cōprehēdantur/sicut hoc loco et nuda exempla/et etiā ex participiis āplificata cōspicis. Exēplum vbi sententia ex participiis breuiter cōprehēditur.Scipio affricanus romanus consul creatus/vrbē romam a barbaris oppressam in pristinā libertatē vēdicauit. hec quidē oratio ex participiis sic multiplicatur/ et nihilominus orōes ex eisdē participiis breuiter cōprehenduntur.Publius Scipio affricanus/amore reipub.cōseruādę vehemēter īcitatus.vna omniū

senatorũ voce atq̧ sensu consul creatus. Hanibalẽ ytaliam crudeliter deuastantẽ profugauit. Cartaginẽ nimis perniciose ciuitatẽ euertit, Numantiã romanos molestissime defatigantẽ superauit / vt romã acerbissima bellorũ calamitate cõpressam: a turpissima barbarũ obsidione liberauit / et in pristinã libertatis dignitatẽ vendicauit. Exemplũ vbi eadẽ oratio ex multis participiis augmẽtatur. Marcialis Valerius vir equidẽ vigilans intelligens prouidẽs atq̧ sapiens: amicis consulens succurrens fauens gratificãs et benefaciens: cuius fides virtus et amicitia iamdiu mihi aĩaduersa perspecta cognita ac explorata est: cũ ad te profectus / et ibi corã iudicio tuo eius rõnes sit declaraturus ordinaturus acturus atq̧ cõmẽtaturus / te rogo vt eũ recipias tua benignitate: amanter adhortandũ iuuãdũ ac defendendũ. Exemplũ vbi gerũdia atq̧ supina rhetoricã elocutionẽ exaugent. Quoniã a preceptoribus nobis ẽ data ratio studendi cogitandi intelligendi discẽdi scribendi agendi cõmentandi. Est igitur nobis diligenter aĩaduertendum curandũ atq̧ peragendũ: vt consulendo atq̧ iuuãdo / cumulate ipsis nostris admonitoribus satisfaciamus. vt qui hoc a nobis sit actũ ac visitatũ esse intelligant: id optimũ cognitu factu atq̧ visitatu esse (diiudicent.

Tricesimũ tertiũ preceptum est circa aduerbia / que vt te mĩme fugit in dicendo sunt ydonea et quodãmõ nccĩa: ad ãplificandũ orõis stilũ admodũ accomodata. Nam queãdmodũ adiectiua nomĩa sunt eorũ substãtiuis ita comoda et sibi famulantia / et ipõrũ substãtiuorũ vim naturam ac proprietatẽ explicãt et aperiunt. Ita etiã aduerbia sunt optime interpretantia: qualẽ efficatiã qualẽ facultatẽ qualem substantiã qualẽq̧ vehementiã / vel verba vel participia secum apportent. Si igitur verbis ac participiis / cuiuscunq̧ tẽporis constẽt in nrã orõne rhetorica tractatis / idonea quidẽ aduerbia siue positiua siue cõparatia siue superlatiua adiũxerimus: orõnem profecto nostrã cõmodissimã efficiemus: et ipsus orõnis

sententiā reddemus explicatiorem. Vt hoc tibi monstrabit exemplū Marcus.n. Cicero vsq ab adolescētia accurate quidē aduertens que res homīes potissimū prestātissimos efficere soleret/et vt magno animo insignitus plurimū sperās romanam rempub. aliquādo se recte gubernaturū! pernotauit egregias bonarū artiū disciplinas/eas illas potissimum cōstare/que ciuitates atq prouītias optime gubernarēt. Statuit ergo sententias illas ab eo esse penitus obseruādas atq sūmopere celebrādas. Qui cū studio eēt accuratius inuigilās q ceteri/tāta sibi sciētiarū ornamēta cumulatissime nactus est! q ipse summus orator copiosissime factus/romanā rempub. prestātissime gubernauit/et multa librorum voluīa ceteris futuris hoīnibus erudiendis cōmodissime descripsit/et nomen suum īmortalitati diuinitus cōmendauit.

Tricesimū quartū preceptum ē singulare. Q sepe loco aduerbii ponimus adiectiua cū substātiuo i ablatiō casu dummō aliquā magnā aī vel alterius rei vehemētiā adiectiuū cum substātiuo īportet/et īmediate āte verbum vel participiū collocetur/que quidē preceptio orōnē efficit splendidā/et sententiam reddit efficacem. Vt in hoc intueberis exēplo. Marcus enī cicero vsq ab adolescētia ad egregias bonarū artium disciplīnas exardescenti animo conspirans/maxīe sperans āplissimas se exinde cōmoditates accuratissimo eius ingenio consecuturū. Ita erat ipīs sciarū studiis assidua diligētia deditus/q ipē tā sūma studiorū ornamenta fuit cōtinua exercitatiōe cōlecutus/vt ceteros oēs oratores celeberrimos virtute superauit

Tricesimū quītū preceptū q aliquando propter nimiū aīmi affectū et vehemētiā/duplicamus!et elegāter quidē hoc aduerbiū etiā. vt te etiā atq etiā rogo. De aduerbiis aūt cū et tū. Quonā pacto Cū generalitātē sigificat/et Tū specialitatē īportat/et qua ratione ī elocutiōe rhetorica sint tractanda!quanquam ordinatius hoc in loco de eis tractandum esset!

vidimus supra in septimo in ordine precepto.

Tricesimū sextū preceptū. q̄ aduerbia positiua cōparatiā et superlatiua rhetoricā elocutionē plurimū exauget. Vt ī hoc exemplo patet. caute etiā prudēter cōmode liberaliter atq̄ magnifice in dignitate pretoria te sēper habuisti / neq̄ etiā accuratius aut virilius vel cōmodius a te fieri potuisset quā ē actum de iusticia / quā peritissime rectissime atq̄ magnificentissime gubernasti. Quo aūt pacto aduerbia orōes multiplicent / quoniā illud sine cōiunctionū ī primis et relatiuorū adiumēto / efficere non possunt. Infra in precepto dicā de coniunctionibus / quod de multiplicatione erit,

Tricesimū septimū preceptū. circa cōiūctiōes sequitur. Nā cōiunctiōes multis ex causis in nrō dicēdi genere accidunt necessarie In primis enī cōiungūt dictiones noīm verborum participiorū pronomīnū prepositionū et aduerbiorū. cōiungūt etiā orōes atq̄ sentētias. Valent insuper plurimum ad ornandū atq̄ āplificandū orōnis stilū. Et q̄uāquā coniūctiones omnes in cōcinna dicendi cōpositōe locū habēt / quia tamē copulatiue disiūctiue et aduersatiue cōiunctiōes in orōe oratoria crebrius ac aptius quā cetere pertractātur / aliquid ergo de ipsis potissimū videtur esse cōmemorandū. Vnde copulatiue coniunctiones atq̄ disiunctiue sepenumero in orōne rhetorica interserūtur / quo venustatē etiā atq̄ vehementiā non paruam important / vt apud oīa oratorū voluīa refertissime demrātur De quo hoc tibi exemplū erit iudex. Cum mecū diligēter aīaduertā mi iohannes / et quantā bonorū oportunitatē / liberalium artiū scientie hoībus afferre cōsueuerūt / et quanta sit celeberrimi īgenii tui suauitas. Illud mihi occurrebat / vt ad ipsas lrārū virtutes te vehemēter adhortarer / in quas si accuratissime incūberes / et multas et magnas emolumētorū oportunitates tibi cōparares. nā siue oblectationē siue admirationem siue animi requiē desideres / aut honorē aut laudē aut gloriam



expetas/vel diuitiarū copias vel bonorū oportunitates vel re
rum facultates adoptas! hec oīa profecto sentētiarū emolumē
ta suppeditare cōsueuerūt. Rectā ergo atqꝫ percōmodā viuēdi
rationē imitaberis! si ipā studiorū ornamēta vigilantissima di
ligētia prosequeris. Nūc de aduersatiuis cōiūctionibus no
ster erit sermo. nā cōiunctiones aduersatiue he cōstare videtur
licet ꝙuis quāqꝫ etsi tametsi etiāsi et iametsi/de quibus M. Ci
cero nūquā vsus est hac dictiōe licet pro cōiunctōe/quoniā di
ctio est ambigua que verbū etiā significat. hec tamē ipā dictio
licet ab ipso cicerone vsurpata est pro verbo significante licitū
est. Vt in hoc exēplo. Quoniā exactis iam bellorū calamitati
bus! optata pace nobis frui licet/mihi ergo deinceps per lrās
tecū iocari licet. Raro etiā vel rarissime potius apud eūdē cice
ronē hec dictio ꝙuis reperta est. Alie vero viz quāquā etsi tā=
etsi etiamsi et iametsi! sūt in ipsius ciceronis voluībus frequē
tissime. De quibus hoc tibi exēplū adduco. etsi quas oratoria
facultas oportūnitatis accessiones parere valeat mi ruperte!
nō solum explicare sed etiā vix tibi cōnumerare possem! quia
tamen ea me sēper tātopere delectauit! vt magnā illi facultati
operā adhibuerī! et nō paruā etiā ex ipsa oportunitatis cōmo
ditatē mihi cōparauerī. Constitui te ad eam capescendā pluri
mū adhortari debere/que quāquā tibi viro admodū peritissīo
maxime nota iā esse debeat! qui multa profecto pertractasti! ta
men te hortor quā sūmopere! vt ad eā tibi cumulatissīe cōpa=
randā sūmis viribus incūbas! tametsi hec mea apud te adhor
tatio mīme nccīa videatur/qui vt a quāpluribus audiui ad oēs
bonarū artium disciplinas ardentissimus esse iudicaris/perge
igitur vt cepisti! et hanc benedicēdi rationē! ita vt ceteras agis
studiorū virtutes! fac dies noctesqꝫ cōplectaris.

Tricesimū octauū preceptū ꝙ interdū he cōiūctiōes cū si
et similes! postponūtur dictōibus quibus preponi coīter cō
sueuerūt. vt oēs cū honesta facimus nihil est quod vereamur

Ad nos si tempestiue accessisses omnia nunc transacta essent.

Preterea coniunctio copulatiua et interdũ eleganter propriis interponitur nominibus in oratione laudis/vt et Cato et Cicero. Idem in vituperio attendi potest. Insuper interdum supersedere solemus ab his duabus cõiunctionibus vt et ꝙ/vt in hoc exẽplo Moneo que te digna sũt facias. vbi tametsi ꝙ vel vt intelligantur/tamen cõmittitur ꝙ non exprimatur.

Tricesimũ nonũ Est circa multiplicandã ex cõiunctionibus ex aduerbiis et ex relatiuis orõnem. Nã aduerbia et cõiunctiones atqꝫ relatiua substãtie et accidentis vna cum ipsis aduerbiis et cõiunctionibus cõtractata plurimas simul orões multiplicando coniungũt. Aduerbia enĩ ista tam tantũ tãtopere tantisper adeo vsqꝫ adeo ita tãdiu totiens eatenus et similia ea quidẽ rõe multiplicãt orõnes ꝙ post vnã orõnẽ aut plures ex ipsis aduerbiis cõfectas necessaria succedit ista cõiunctio infinitans vt vel ꝙ/ aut sequitur aliquod horũ aduerbiorũ quo ad quãtopere ꝗdiu quotiẽs et cõsimiliũ/ quarũ equidẽ dictionũ quelibet orõnes multiplicat. Vt in seqũẽti declarabitur exẽplo. que tua in me benemerita cõtulisti eorũ tãtã video cõstare magnitudinẽ vt parẽ officiorũ grãꝫ merito tibi referre debeã hec quidẽ sñia ex tribus vt vides ẽ orõibus fabricata hãc poteris ad xii. vsqꝫ orões multiplicare per aduerbia cõiũctões et relatĩa/quotiẽs aũt vel aduerbiũ vel cõiũctio vel relatĩm repetitur totiẽs vnã tibi superaddit orõnẽ. vt sic que tu ĩ me benemerita cõtulisti eorũ tãtã video cõstare magĩtudinẽ/ex quibus ita cõmodissĩe exageratus sũ ꝙ res oẽs meas ea quidẽ rõe cõstabiliui/vt nullã calaĩtatis mutatõꝫ que duratura sit recipere posse videãtur vt nisi beneficiorũ ĩmemor hrĩ veli quod ego semper tãtopere effugere conatus sũ vt nihil vmquã magis euitãdũ esse duxerim talem officiorũ gratiã merito tibi referre debeam vt tuis me benemeritis que memoria profecto complector sempiterna condignum extitisse faciliter iudicare possis.

Quadragesimū preceptū circa prepositiōes cōsistit: prepositiōes enī eo īprimis necessarie dicūtur: q̄ his verbis que aut sunt īperfecta/aut nō satis potētia: vt sniam per se perfectā efficere possint/ad eā perfitiendā et longiorē perducendā plurimū adminiculātur: huic accedit q̄ ipē prepositōes possūt in principio in medio et in fine orōnis cōmodissime collocari.

Sed omniū prepositionū hee due erga et in preter ceteras in orōne rhetorica locū habēt/que et adornādas orōes/ et breuiandas sentētias optime sunt accōmodate. Nā sepenumero totiens verbū in orōne concinne taceri potest/quotiens harū duarū prepositionū erga et in: aliqua fuerit ī oratione tractata: nisi fortasse quod sepissime fieri videmus vim apportaret/ harum duarū prepositionū pro et contra. De qua rōne exēpla sequūtur. Si tanta solonis in suā rempub. atheniensē benemerita fuerunt: quanta P. affricani erga rempub. romanā extitisse legimus: certe queādmodū affricanꝫ ex immortalibus eius in ipsos beneficiis perpetua deditione tenetur. Ita etiā atheniēses ipsi soloni ob innumerabilia ipsius erga eos officia: sēpiternis equidē demeritis astringūtur. In hoc ergo dicēdi genere quod exposui ille due prepoēs ī et erga sustinēt vicē huius prepoīs pro. Alie vero due prepoēs postea sequētes scꝫ in et erga verborū locū tenēt: que nisi ī oratioibus īterposite fuissēt: necītas orois postulabat vt ī loco ipārū preponū: expressa verba fuis=

Quadragesimū primū Q: inter= (sent interposita dū prepositiones que coīter preponi consuueerunt post ponātur: quales sunt/in/sub/ad/apud/propter/pre/ex/ob/ et similes. Vt in his exemplis. Omibus ī rebus honestas ap= prime placet. Nemo ē qui non diuina sub potētia constitutus sit. Athicam ad vrbem postquā accessi forte mihi Socrates occurrit. Nolana apud menia anibal a Marcello in fugā versus est. Tuā propter causā oēs curemus patria. Oēs contra hostes reipub. sēper īfestus propter defesiōnē libertatis nostre fuit.

Vestra pro beniuolentia nihil tam mihi difficile est quod non libenter suscipiã. Iunonio e fano multa signa erepta sunt. No stris ex agris pecus omẽ abactũ est. Ciuilem ob causã multas contentiones suscepi. Rege ab opulento exceptus sũ. Idem in telligendũ est de aduerbiis ordinis qualia sũt dehinc deinde de inceps. interdum preterea interea et item. Vt tua dehinc erit cura ne quid detrimẽti accipiam / et ad hũc modũ reliqua. Hac ratione latinã orõnẽ in his et similibus modeste si vtimur con cinniorẽ efficimus / modo ea sint ab illustribus oratoribus et poetis recepta. Consueuit aũt cicero nõnũq̃ hanc ꝑpositi onẽ cum / huic ablatiuo qui postponere / vt qui cũ pro cũ quo / quod male consonantie cause eum fecisse arbitror. nos vero in mecum tecum secum nobiscum vobiscũ consuetudinẽ hanc re tinemus / sed in qui cum / pridem iste modus loquẽdi aboleuit.

Similiter hec prepositio de iterdũ a cicerone suo casui post ponitur / vt in secũdo ad herenniũ cũ inquit. Vtrum enĩ ea res sit similis ei rei qua de agitur / quod itẽ a nostro vsu discessit.

Quadragesimũ secundũ ẽ circa prepões que oröes mul tiplicãt. Prepositiones equidẽ quoniã ad oroẽs simul ad iũgẽdas sepenumero vias aperiũt ne aliquãdo sine ipis nostrũ mẽtis cõceptũ cõmode perficere possemus. idcirco ipẽ prepões erũt a nobis ĩ coniũgẽdis multiplicãdisq̃ oroibus plurimũ cõ siderãde. Exẽplũ vbi snia sine prepõibus sipliciter explicatur. Cũ pretor vrbanus creatus sũ / tuã mihi presentiã nccãm esse duco / vt ipsã preturã melius gubernare possi. Que sic ex pre positioibus multiplicatur snia. Cũ propter eximiã reipub. ne gotiorũ magitudinẽ ad vrbẽ accessissẽ atq̃ ĩ senatũ me cõtulissẽ ibi a senatoribus cõtra volũtatẽ meã / et preter opinionẽ pretor vrbanus creatus sũ / ĩ quo equidẽ gubernãde preture magrãtu (prudẽtiã mihi tuã nccia3 eẽ puto

Quadragesimũ ter tiũ sit circa interiectiones. que tãetsi crebrius apud poe tas q̃ apud oratores cõtractẽtur. aliquãdo tamẽ cũ aut aliquã le ticiã magnã / aut cũ molestiã / aut admirationẽ / aut ĩdignatõnẽ

aut spē aut timorē aut aliquas hmōi animi passiones significa re volumus / eas etiā in nrā dicēdi rōe possumus tractare. hoc scꝫ modo. proch bone Iesu clētiā tuā iploramus / tantas heu tanq̄ acerbissimas atq̄ itolerabiles bellorū et penurie calamitates semper ita propiciemur. Vach q̄ ifelici celorū cōstellati one nati sumus si tā grauibus molestiis sēper excruciari debeamus. Sed heu dignissime deus / tua deniq̄ clemētia cōfisi vniuersā tue misericordie boītatē sūmis precibus obsecramus / vt tātorū nos malorū icōmodis liberes / et i trāsquilla nos statuas

Quadragesimū quartū Q̄ interdū (cōditiōe stabilias post eū orōis sensū qui perfectus est grauius aliquid ad datur / quod affirmādo exornet / et auditoribus rē gratā efficiet Vt in hoc exēplo. vir fortis / oīa pro repub. adibit pericula / et id quidē ipigre. cōmouētur enī auditorū aī vehementius / q̄ si dixisset / vir fortis oīa pro repub. ipigre adibit pericula. quāq̄ varietatis cā hoc dicēdi genere iterdū orator vtetur. Illud aūt placet vt cū i dicēdo eo prouecti erimus / vt rebus de quibus loquimur satis a nobis factū sit / et aliquo egregio sēsu orō sit cō clausa / q̄ nō vlterius prouehamur / ne gratia illa quā bene dicēdo nacti sumus / āplificatione nimis graui amittatur. In quod viciū pleriq̄ incidūt inscia potius quadā aut negligētia / q̄ rerū

Quadragesimū quintū Q̄ sicut in (dicēdarū inopia. mediocri figura magis cōuenit rem prius rudē atq̄ inornatam efferre / dehinc verbis ydoneis et grauioribus illam exornare. Ita i graui figura siue in laude siue i vituperio versetur oratio ab ornatu inciū sumat. Exemplū primi vt pōpeius facile omniū romanorum tum armis tum consilio princeps magnus facile pompeius fuit. Exemplum secundi / vt Omnium imperatorū i rebus pacis ac belli / mari terraq̄ gestis gloria Gneus Cesar antecessit.

Quadragesimū sextū q̄ in re leta verbis tristibus / aut i tristi verbis letis minime vtamur. Viciosum enim ē cū in re funera / similitudinibus aut exēplis / quibus in volupta-

tibus aut in deliciis vtimur/nrōs affectus āplificamus. Velut
si quis in deploratōne filii exemplū afferat parentū/quoniam
ex nuptiis filiorū ceterisq; rebus secūdis maximā cōceperūt vo
luptatē. nā cōtrariorū cōparatiōe acerbior dolor insurgit. Ca=
uendū est etiā/ne in re tristi nimis lasciuiat oratio/aut in re le
ta inculta sit et horrida. Nā vt in rebus duris ille verborū ex=
quisitus apparatus fugiēdus ē. Ita ī secūdis ac felicibus obser
uatio diligēs est habēda. Satius enī est perturbata potius pro
ut doloris īpetus suadet/q̄ limata nimis atq; expolita cōpositio
ne vti. Nō equidē natura ipsa patitur vt cū graui aliquo mero
re preīmur/verborū cōpositiōi vacare posset aīmus. Vitatur ī
super ista ab oratoribus accurata verborū cōpō/q̄do eloquen
tiā auditoribus suspectā eē ītelligimus/tūc. n. precepta cōpōis
negligēda sūt quod pro lelia damitius affer de īdustria fecit nō
termiādo orōz ī verbū dū īquit. Apud iudicē periclitatur lelia
fugiēda quidem ē tenera nimis/ac delicata moduladi voluptas
nō nunq̄. si vero nrā orō ad aliquā cōcitatiōne aīorū que sit ve
hemēs iclīabit cōmodissie ī verbū aliquod finietur. magis. n.
auditorū aīs si ī verbū fitur orō affigitur. Caput aūt oīm que
ad elocutiōis precepta attinēt id visū ē vt oīa ad rerū de quibus
loquimur dignitatē accōmodata sint. recte itaq; mecenatis illa
minime laudatur cōpositio cū īquit. Sole et aurora rubēt plu
rima. nam verba rebus/non res verbis accomodare solemus.

Quadragesimū septimū preceptū q; interdū post orōnē
inchoatā priusq̄ ad verbū principale perueniatur inter=
ponatur oratio imperfecta vim habens parenthesis. Vt ī hoc
exemplo. Omnes qui ābitioni et glorie student (id quod igno
rat nemo) opinione magis q̄ re ducuntur/et hiis similia. Vt
ego vero is sū (Ita me deus saluum velit si vere et non ficte lo
quor) is inquam sum qui sacras lrās omni scripturarū generi
longe anteponam. Item Legalem tibi sapientiam a teneris (vt
aiunt) vnguiculis/cui frequēs insudasti summopere dedicasti.

Item. Quid enī tristius (vt eos cōmemorē qui patrias suas co lunt) quid miserabilius ꝙ̄ domi sue agere: et ita agere vt iocun diorē aliquando ꝙ̄ vitā mortē optes. Ca. iii. De numero.

Vnc superesset vt rationē numerorū diceremus: et hoc tibi Quadragesimū octauum constituo in ordine preceptū: que quidē de numeris ratio apud ysocratē tanto studio vel inuēta vel aucta reperitur / vt nullam ex omni bus elocutionis partibus huic anteponat. Sed cū huiuscemo di discipline precepta varia sint / nec latini autores vt Cicero Quintilianus et Marcialis in hoc grecorum doctriuā semper secuti fuerint: et magna sit inter eos contentio: in hoc fimbri as non dilatabo meas. Sed illud scias velim: ꝙ in hac precepti one illud obseruare studemus: vt si in monasillabā termiātur orō / quod raro fit vbi perfectus sēsus ab oratore seruatur. cō siderādū ē vtrū ea lōga sit an breuis. Si lōga ē eam preire tro cheus dꝫ qui duabus sillabis cōstat lōga scꝫ ac breui. vt ī hoc ci ceronis exēplo. Legū ī rēpub. prima vox. Qꝫ si talis monasil laba dictio breuis fuerit: tūc recte iambus qui ē pes ex prima breui et vltiā lōga cōstās: āte illā collocatur. Sic ergo quādo breuē breuis sillaba / aut longā lōga ātecedit. Iure id reprehē ditur / vt si dicas ista res mea est. Cum aūt bissillabū in fi nem dictionis collocatur cauendū est ne quatuor breues in fi ne sillabe ponantur. In quod viciū īcidit qui ait perdidi bona mea. Et plures alie a pluribus ī matera numerorū ponuntur doctrine. Sꝫ certe referēda ē rō numerorū / tū ad varios aīorū affectus / tū etiā ad dignitatē et modū sīarū. Nam que iracū da ē orō breuioribus. que vero leta ac iocūda longioribus nu meris gaudet / nonnihil etiā personarū dignitas: causarūq̄ ac tēporū varietas momenti affert. Sed quoniā ab hac obserua tione sepius ac industria: recedēdū est. vel grauitatis causa vel vt varietate aliqua temperetur orō: splendor ille numerorum intermittēdus est. Caput enī omniū preceptorū illud visū est.

Vt rebus de quibus dicẽdũ ẽ/ars quidẽ numeris seruiat et nõ res arti/a qua rõne qui discedet omnis sane elocutionis dignitatem perturbabit. Ca.iiii. De modo punctandi.

Receptũ quadragesimũ nonũ circa modũ punctandi orões tibi trado. Sunt aũt generales punctãdi spẽs apud modernos octo/viʒ virgula recta vt sic/loco cuius more priscorũ exiguo pũcto vtimur sic. Virgula iacẽs que sic ẽ- Virgula cõnexa que sic fit). Planus que sic ẽ. Seipũctus qui sic fit Interrogatiuus qui sic pigitur? Coma quod sic facimus secũdũ imitatores priscorũ oratorũ/ Periodus q̇ sic ẽ; Virgula recta loco cuius nũc pũctũ exiguũ facimus fit iter ṽbã vel adiectiã vel iter verba modi fiti vel ifiti vel iter prepões quãdo nulla ẽ copula/ita tamẽ ꝙ vnũ nõ veiat ad determiatõnẽ alterius. Fit etiã quãdo orõ icipit a distinctiõe/que per se nõ põt assignari sequẽte supposito et verbo pricipali/ tũc enĩ ãte suppositũ pricipalis verbi poitur virgula recta vel pũctus exiguus. Iacẽs vero virgula sẽper dʒ ĩ fine linee situari vbi dictio nõ sit cõpleta. Vnũ illud aĩaduertẽdũ ẽ/ne sillaba vnꝙ̃ diuidatur ĩ fine linee ita ꝙ altera pars sillabe eiusdẽ sit in pricipio sequentis Nã sicut sillaba vno spũ ẽ ĩdistãter proferẽda. ita etiã idiuisibiliter ẽ situãda. Virgula aũt cõnexa poni dʒ et in pricipio et in fine orõis quãdo poitur iter partes orõis pricipales per parenthesim. Coma vero fit post orõnẽ que de se perfctã ẽẽ põt. ceterũ alia sibi annectitur imperfecta distincta/ incipiẽs a relatiuo modo quo suũ antecedẽs nõ ĩmediate precedat/quoniam nihil tũc poni dʒ/preterea si sequatur dũ vel donec vel cũ coniũctio et sic de aliis que ĩpediũt verbũ. Interrogatiuus duobus põt fieri moĩs/altero post ĩperfectã orõʒ cũ pũcto exiguo sic/altero post perfectã sic? Planus vero pũctus fit ĩ fine orõis perfecte/ tãetsi dictatoris aĩmus ad sequẽtẽ vlterioreꝗ sñiaʒ pẽdat. Semipũctus aũt fieri solʒ quotiẽs propriũ viri vel mulieris nomẽ ignoratur velut ĩ super scriptõibꝫ prelatorũ sepenumero ꝯtigit

Periodus vero ĩ fie totius orõis fieri dꝫ quãdo nil aliud in ea materia sequitur. Sꝫ ẽ notãdũ ꝙ si ĩ eadẽ eplã diuerse scribũtur materie ĩ fie cuiuslibꝫ eorũ seruãda ẽ periodus. Oĩm horũ exẽpla orõe ĩ sequẽti subiiciũtur. Quoniã ĩproborũ ĩdies magis ĩualescit nequitia (nec mireris qꝫ prĩcipes fauẽt sceleri) hĩc nihil mirũ ẽ ĩnocẽtes calcari: cũ potẽtes trãseãt ĩpũniti. Quis enĩ põt esse modus facinori lãguẽte iusticia/ inflagrãte nequitia/ ĩ virtutis locũ snĩa cõstituta/ nõ itaqꝫ ãbigendũ ẽ virtuosũ: et spectabilẽ virũ dominũ Abbatẽ nostrũ summo dolore cõficit?

Ca. quintũ. De coloribus rhetorice orationis.

Vinquagesimũ et vltimũ in ordine preceptũ. Circa verborũ exornationes siue colores Rhetoricales tibi tradere cõstitui / qui quidem colores sũt pene ĩfiniti a Cicerone libro quarto rhetoricorũ / et a cõpluribus illustribꝫ autoribus traditi et enumerati: quod longũ esset ac fastidiosũ aliqua cõprehendere norma. Idcirco aliquos ex eis: numero scꝫ xxv. vel circiter: perelegãtia quedã carmĩa: tibi ĩ presẽtiarũ volo cõmemorare. Que quidẽ carmĩa ĩ hũc sequũtur modum

Principiis repete vocem / Repetitio fiet.
Tu mihi lex / mihi rex / mihi lux / mihi dux / mihi iudex /
Te colo / te cupio / te diligo / te peto christe.
Si circa finem Conuersio fiet ibidem
Tu solus deus es / bonus es / sapiens es / pius es
Qui terram portas / mare portas / sidera portas
Quem mare terra plus nequeunt portare vel aer
Si facis vtrunqꝫ fiat Complexio vere
Qui sunt qui pugnant audacter: andagauenses
Qui sunt qui sperant victores: andagauenses
Egregios egitur liuor negat andagauenses
Misce per casus vocem Traductio fiet
Si nihil in vita iocundius est tibi vita
Indecorem vitam perages virtute relicta

Si dicas contraria tunc Cōtentio fiet
In luctu rides inter cōuiuia luges
Mane petis lectū dimittis vespere tectum
Sepius exclames sic Exclamatio fiet
O quibus O quantis O qualibet est viduata
Si queras aliquid statimꝗ tibi rationem
Subiungas/super hoc Ratiocinatio fertur
Diues auarus eget/quare? quia competit vsus
Tangere parta timet/cur? ne minuatur aceruus
Assignes de quo quid sit/quid oporteat/aut quid
Debeat insequi Sententia dicitur illud
Cui satis est quod habet satis illū constat habere
Cui nihil est quod habet nihil illū constat habere
Ergo facit virtus non copia sufficientem
Et non paupertas sed mentis hiatus egentem
Hoc tibi contra sit quod per contraria firmas
An metuas egrum? quem sanum despiciebas?
An soli cedas? quem cum socio superabas?
Articulus fiet si sit distinctio vocum
Solus/inermis/inops/inglorius inde redisti
Ferro/peste/fame/comsumptus es et peristi
Consimili cadere facit concordia vocum
Fac tibi fortunā festina frangere lunam
Et contra fatum faciet te cura beatum
Agnominatio fit sensus variusꝗ simul vox
Curia curarū genitrix nutrixꝗ malorum
Iniustis iustos inhonestis equat honestos
Quere rei causam/causam rei meditare
Subiice post ꝙ non ita sit Subiectio fiet
Que tibi causa/nunquid tibi flagra dabantur
Nunquid forte fames/tu fercula semper habebas
An labor/at laudo somnoꝗ vacare solebas

De voce in vocem descende Gradatio fiet
Hic quancunqꝫ videt cupit/et quancunqꝫ cupiuit
Allicit/allectam viciat/prodit viciatam
Diffinitio fit proprie monstrare quid est res
Prodigus vt largo/sic parcus distat auaro
Prodigus est animi vicio retinenda profundens
Largus qui sumptum facit ex ratione libenter
Parcus qui retinet quicquid nō postulat vsus
Qui retinet cupide quod res deposcit auarus
Continues dicta dicendis Transitio fiet
Audisṫis qualem se prestitit iste parenti
Nunc qualis ipse fuit parens audite vicissim
Vt dignus nec patre queat/nec prole videri
Corrige quod prius dictum est Correctio fiet
Ex quo dicor amans ymo veratius amens
Sum nimis oblitus indecoris ymo decoris
Occupat hic dum quid transire parat neqꝫ transit
Pretereo cedes periuria furta rapinas
Tedia forte darem si vobis ista referrem
Disiunctum si queqꝫ suū fert clausula verbum
Romanus populus gallos sub cesare vicit
Sub duce pompeio metridatica regna subegit
Anibalis vires scipionis nomine fregit
Precedens simul atqꝫ sequens oratio/solo
Clauditur verbo Coniūctum sic habet esse
Aut etas forme decus atterat/aut valitudo
Nō interponas verbum/ponas prius aut post
Adiunctum facies/versus quod sequens manifestat
Morbo vel senio forme decus euacuarat
Ex tinguit speciē seu morbus siue senectus
Conduplicatio fit oratio cōduplicata
Tu ne patrem gladio crudelis nature necasti
Tu ne patrem/nunquid mors patris mors est tua/nunquid/

Cõmutatio fit verbis ſententia verſa
Nulla tacenda loqui / vel nulla loquẽda tacere
Quis ſapiens iubeat / quid ve iubens ſapiat
Quere nec elige quid potius Dubitatio fiet
Tu quis es? ignoro quo te quoqꝫ nomine dicam?
Neſcio ſi dicam ſparciſſime non erit equum
Si ſcelus appellam nomine / deformior an ſis
Nequior / ignoro nunc hoc mihi nũc placet illud
Conripe conceptũ cela Preciſio fiet
Te non eſt ſequũ certamen ponere mecum
Nunquid ego recolo / ſed tu / ſed dicere nolo.

Incipit Tractatus ſecundus qui cõtinet ſex capitula.

Non dubiũ eſt vir illuſtris / quin plures in dicẽdo ſtilo preceptiones deduci poſſẽt / ꝙ hoc loco a me deſcripte ſint / ſed ego eas dũtaxat denotaui / ex quibus omnes tuas dicendi rõnes / ex ydonea ornata concinna atqꝫ cõmoda elocutionis cõpoſitiõe contexere poſſis. Et plura tibi deſcripſiſſem exempla / niſi optime mihi perſuaſiſſem / ꝙ cũ tu vnius exẽpli rõnẽ et formã diligẽter exceperis / reliqua faciliter aio percipere et exercitatiõe pertractare poſſis. Accipe accipe igitur pro tua clementia prĩceps illuſtriſſime / que illuſtriũ ſũt autorũ monitiones et precepta et qua diligẽtia / qua exercitatione / quo labore / quibus deniqꝫ vigiliis Albertus tuus tui ſemper exequentiſſimus / in huiuſcemodi deductiõe et ordinatiõe preceptorũ / rem tibi vt faceret gratiſſimã intẽtus fuerit / et ſũmopere inſudauerit / pro tua accuratiſſima prudentia fac cognoſcas. Ca. primũ eſt.

Synonima exordiorũ per clariſſimos oratores / Gaſparinũ Pergamẽſẽ et S. fliſcũ ſocinenſẽ edita. Et diuiditur ĩ tres rub.

c Vm ſuperiori tractatu prĩceps illuſtriſſime tibi breuiter abſoluiſſem / qua rõne / qua forma / et quo ordĩe cõmoda ydonea et reſonãs cõtexi poſſit oratio. Nunc nũc mihi in mentem venit / non eſſe incõmodũ aliquas etiã ti=

bi variationes/et sententiarũ synonima que ab insignibus ora
toribus Stephano flisco soncinẽsi et gasparino pergamensi da
ta sũt demrãre. Que vel ad cõiungẽdas partes rhetorice orõnis
et argumẽtatiõis plurimũ valerẽt/ vel ad eas satis exaggeran
das corroborãdas admodũ conducerẽt ac expedirẽt. Quas qui
dem variatiões vt cõmodius ac condecẽtius eas iuenire possis
cõuenire mihi visum est/sub ipsis partibus rhetorice orõnis/
que sunt Exordiũ Narratio Diuisio Confirmatio Confutatio
Conclusio. Eosdẽ Stephanũ fliscũ et Gasparinũ pergamẽsem
viros sane celeberrimos/ et rerũ tractãdarũ admodũ vtiles imi
tando ordinare/vt facilius cũ illis vti velles tibi succederent et
occurrerẽt. Tibi ergo imprimis/ eas exordiendi rõnes et vari
ationes que circa amorẽ sunt et beñuolentiã describere curabo
quibus intercedentibus ĩnumerabiles pene alias/tuipẽ ex imi
tatione faciliter inuenire poteris.

Prima rubrica. Circa amorem et beniuolentiã. Et vbi
quẽ ex officia vel virtute laudamus Exordia.

Eus imprimis proposito nostro fauere velit. Amen.
Amor enim noster vir illustris/scolastica apud gym
nasia inter nos initus/ me monuit/vt huius operis
ordinationẽ ad te inscriberẽ/efficitq; vt me totũ tanq̃ teipsum
possidere possis. Vellem itaq; fortuna tulisset vt mutua es
set inter nos beniuolentie coniũctio. Nostrã consuetudinis
familiaritatẽ sẽpiternã esse cupio. Vetusta nrã nrõrũq; ma=
iorũ necessitudo facit/ vt alter altero failiariter vti possit/ vtq;
vna certemus qua rõne alter alterũ beneficiis superare possit.
Nihil enĩ mihi inusitatũ declaras/ cum tuam mihi amoris
re. Hoc meū est opus. Hec enī me tangūt. hec rōnes meas
videntur attingere. Verū fac esse omīa. Fac ita esse vt dicis
Verum hec ita sint. An ego tibi non obtemperem? Ti=
bi morem non geram? Tibi non obsequar? Tibi non me facil
limū prestē? Tibi quicquā denegem? Agā iam tecū failiari
ter. Loquor iā tecū aperte. nō simulabo tecū quicquā. Iā totū
me tibi patefaciā. Qūtū in me est. quātū mihi cōceditur. quā
tū ydonea mihi ptās oblata fuerit. Qūtū studio diligentia la
bore vigilantia consequi potero / id omne ad arbitriū tuum li=
bentissie cōferā. Quāꝙ ego oīa tua cā fieri desiderē. Etsi oīa
pro te facere vellē. Tametsi omīa amore tui libenter suscipe
rem. Tametsi ex cōmoditate tua nihil vellem subterfugere

Si fortuna optatis meis respondebit. Votis meis successe ẽ rit. Cogitationibus meis benigne respondero voluerit. Si res caderet vt vellem et optarem. Si res ex sententia gerere tur. Si mihi optata contingerent. Si quod opto mihi fe liciter cõtigerit. Si deus res nrãs fortunabit. negotia secũ da reddiderit. desiderio nrõ ãnuere voluerit. nos secũde volue= rit intueri. Nisi res mihi male successerit. spes mea decipia= tur. opinio mea sinistra fuerit. fortuna me fallat. Beneficio rũ memor ero. mutuis beneficiis respõdebo. parẽ officiorũ vi cissitudinẽ reddã. equalẽ grãm referã. Beneficia contulit. of ficia reddidit. merita prestitit. benemerita retribuit. promerita retulit. demerita persoluit. Mutuo / vicissim / iuicẽ / alternis vicibus / alternatĩ / mutua vice / remuneratio / retributio / vicissi tudo. Eadẽ grã. par volũtas. par studiũ. Ingratus. benefici orũ ĩmemor. sordidus. Beneficiũ perdere. officiũ amittere Meritũ effũdere. Homĩ ingrato beneficiũ cõferre. homini sordido benefacere. hoĩnẽ ingratũ beneficiis exornare. Mor tuus ẽ. occisus ẽ. excessit e vita. ex hoc seculo migrauit. Animã reddidit. animã effudit. animã efflauit. Vita priuatus est. Ex hac vita decessit. mortem obiit. diem suũ obiit. Popilius fu ratus ẽ. Popilius accepit vnde nõ est licitũ. Popilius res alie= nas vsurpauit. Moriar nisi quod sentiã exprimã. Moriar nisi effluã. Nõ possum abduci quin me effundã. Deo volẽte deo comite. deo duce. deo nobis fauẽte. deo nobis annuãte. for tuna suffragãte. Quẽ casu deus nõ permittat. quod incõmo dũ deus auferat. quod superi prohibeant. Quod vtinã nũꝗ eueniat. Deũ queso vt tua cõsilia sit tibi salutaria. Supe ros exoro vt quod acturus sis tibi nõ obsit. Deũ obsecro vt quicquid cõstituas tibi bene succedat. Nõ tenebo te pluribꝫ plura dicẽda nõ sũt. plura scribere nõ ẽ necce. plura non sũt lrĩs cõmittẽda. pluribus te adhortari nõ debeo. Non enim mihi placet de hac re plura scribere. Neqꝫ ego superiora repetam Singula prosequi nõ est necesse. Sed plura dicemus alias.

Sed hec audies ex aliis. Sed de his ex aliorū lrīs certior fies. Impedior verecūdia pluribus tecū agere. Scripsi ad te pluribus vt meū consiliū intelligeres. Hec pluribus egi vt quid sentirē dilucidius teneres. In hoc fui lōgior vt que mea esset sententia clarius perspiceres. Hoc verbosius complexus sum: vt institutionē meam apertius comprehenderes.
In hoc fui prolixior: vt de voluntate mea certior fieres.
Sed plura q̄ statueram. hec ad te pluribus verbis scripsi q̄ soleo. Sed hec satis multa vel plura potius q̄ expectabas.
Illa que maiora sunt breuius exponam. Illa que ampliorem desiderant orationem breui comprehēdam. Hec ex hac re precipue tibi significaui: vt intelligeres. Hec ex illa conditione tibi denotaui vt deliberares. Hec ob eas tibi ratiōes aperui: vt preparares. Scis quid dico. Quid loquor. Quid ītelligo. Quid cogito. quid volo? Difficile ē loqui
Nō omīa sunt lrīs cōmittenda. Nihil temere scribendū est. Non dico sine causa. noli putare hec me frustra dicere.
Non enī incassum hec cōmemoro. Non scribo hec temere.
Hec preterea scripsi: q causa nēcītatis intercedit. Quod vt clarius intelligas longioribus verbis vtar. Quod vt apercius declarē: alterius rationes repetam necesse est. Quod vt euidentius explicem: attende que sequūtur. Si res ipsa loqui posset. Si negotiū posset per seipsū quid sentiret declarare. Si ratio ipsa vires suas per seipsam exprimere posset
Temporibus obsequendū est. Inseruiendū est. Fortune credendum est. Est enim fato obtemperandū. Necessitati parendū est. Id egi tēporibus obtemperās. Id feci fortune credens. Id cōsensi fato assentiens. Id pretermisi oportunitati obsequens. Non est sēper in eadem sententia permanendū. Non enim semper eodem animo eē debemus
Non semper vnum consilium sequi debemus. Non semper vna opinione duci debemus. Subeunda est fortuna.
Temptandū est. Experiendū ē. Percunctāde sunt vires.

Vt tempus nos admonebit. Vt dies nos cogent. Vt vtilitas nobis persuadebit. Vt rõnes negotiorũ nobis consu lere videbũtur. Omĩa tibi preponere debemus. Omĩa te cũ cõmẽtari debes. Omĩa sũt tibi anĩo et cognitione pertra ctãda. excogitãda. prouidenda. Oĩa sunt tecũ aĩadduertenda. peruoluenda. deliberanda. Nõ est hoc alienũ a digĩtate mea Hoc existimo rõnibus meis incõueniẽs. Hoc enĩ ad me attinere video. Existimo hoc cãm meã parũ attigere. Ar bitror hoc ab instituto nostro alienũ esse. Credo hoc rationi bus nrĩs parũ debere prodesse. Que vis insit his verbis nõ facile intelligo. Quã facultatẽ importat hic sermo non satis mihi constat. Quã substantiã perstrigat hec oratio nõ mihi notũ est. Hoc nihil significare facile perspicio. Hoc nul= lam facultatẽ habere facile diiudico. Hoc friuolum atqꝫ ieiu nũ liquido esse cõstat. Sed hec minora sũt ꝙ dicãtur. Ve rũ hec minorẽ viꝫ habẽt ꝙ existimẽtur. Sꝫ hec minus timẽ da sũt ꝙ homĩes arbitrẽtur. Sed tibi cõsiliũ nõ deest. nõ de= ficit. deesse non potest. Neqꝫ enĩ sum ita demens. ita dissipi= ens. ita stolidus / vt nõ sciam quid agam. Nihil faciam inso= lenter. Nihil agã sine causa. Nihil temptabo inconsulte. Nihil moliar imprudenter. Nihil nitar temerarie. Atqꝫ hec preter meã cõsuetudinẽ dixi. Atꝫ hec tam multa preter meã cõsuetã agendi rõnẽ scripsi; Atqꝫ hec tãta preter meos pristinos mores effudi. Sꝫ aliter ꝙ ostendã facio. ꝙ cõstitu eram perficio. ꝙ pollicitus fuerã ago. Qꝫ si aliud tibi propo sitũ esset fac me certiorẽ. Qꝫ si alia duceris voluntate fac in= telligam. Qꝫ si animũ alio cõuerteris fac me admonitũ red das. Qꝫ si opinio pristina nõ placebit fac vt sentiã. Si ni hil te perturbat. Si vacuus es molestiis. Si ocioso es aĩmo Si tranquilla es volũtate. Si nulla efficeris molestia. Si es oc cupatõibus subleuatus. Mea postea mutata est ratio. deinde cõsiliũ mutaui. postea mee rõnes ĩmutate sunt. Aliã postea rẽ agere cepi. Nunc alia ratio est. Nunc alius est status rerũ.

Nūc alius est temporū cursus. Nūc alia est viuendi con ditio. Nunc alia est hominum opinio. Est vna prouisio. Est vna cautio. Est vnū remedium. Est quoddā tertiū. Si li bet. si placet. si videtur. si cōmodū est. si voluntas est. si patitur aīmus. si voluptati est. si tibi cōducit. si fieri possit. si ydoneū ti bi videtur. Nihil simulaui. nihil ficte dixi. nihil simulate ni hil tectum excogitaui. Non agā astute. Non simulabo quic q̄. Nihil ficte dicā. Nihil fatue temptabo. Nihil ma= liciose moliar. Non enī te fugit. preterit. Latet. es nescius. clā est. Neq̨ te hoc ignorare arbitror. Tenes eī meōria. de quo memoriā accepisti. Vt nihil videor. videris. videtur vt coniecturam accipio. vt arbitrari possū. vt possum existima re. Ad imū referare. ad extremum differere. ad calcē disputa re. ad radicē inquirere. ad profundū progredi. ad vltimū per= scrutari. Disputamus faīliariter. Agamus pīgui minerua.

Neq̨ hoc ē obscurū. Neq̨ vllā h; hesitationē. Neq̨ ī ma gnā deliberationē cadit. Sed velī desinas arma sequi. S; tu velī desistas exercitū agere. bella deseras. Inimicitias omittas simultates effugias. Discordias euites. A dissidiis abhorreas.

S; velī pacē celas. paci cōsulas. ociū tibi adoptes. ocio te ex ponas. quietē adames. Simul et illud cogitare debes. Simul et hoc aīaduertēdū ē. Simul et ista sūt deliberāda. Quod mea tuaq̨ paciatur etas. Quod ab vtroq̨ commode fieri posset.

Sunt eī innumerabilia generis eiusdē. Sūt eī permulta huiuscemodi cōsilia. Q; si reliqua scribātur. q̨ si oīa aperiātur plane vaticinātur. taceātur. Quid ergo ē? quid queris? quid expectas? quid tū postea sequetur? Que oīa collegi vt ītelli geres. coadunaui vt scires. tibi significaui vt cognosceres. tibi scripsi vt certior fieres. te admonui vt cogitares. Hec eo perti net orō vt. hoc enī eo scripsi. vt dixi. aperui. significaui. Cete= ra sūt signa coīa. Reliqua sūt argumēta vniuersalia. Alie sunt omēs cōiecture generales. Puto enī hoc te audiuisse. Existi mo te hoc ītellexisse. Arbitror hoc tibi nunciatū eē. Sed nosti

mores hominū.hominū cōsuetudinē.hominū voluntatē.Cur studio nō iuigiles nescio. Cur studia nō excolas nō itelligo

Cur hoc nō velis assequi cāz nō video.Hoc est aī tui.igenii tui.virtutis tue.Sed de hoc tu videris.hoc tu prōpto īgeio cō sidera.Tue partes in hoc erūt. Neq3 eī vereor.hesito dubi= to.quī si. Nec illud equidē curo.certe quero.profecto cupio quidem studeo.certe molior. Sed hoc sperare lic3.hoc enim optandū est.hoc enī expectare decet. Hoc enī est tibi cōmu= ne cū multis. Hoc enī est omībus vniuersale. Cōmune quidē hoc viciū est vulgare viciū.peccatū vniuersale.Insitum omībus. Neq3 enī debes quod cōmunis fortuna dederit re= cusare. Neq3 eī fortune casibus obsistere. Plus tibi virtus dedit q̄ fortuna abstulit. Plura tibi comparasti q̄ amiseris.

Amplius quidē nactus es q̄ perdideris.Quid si hoc melius cōmodius?cōducibilius?cōuenietius?Si nō alienū tua virtute putabis. Si nō īdignū tua autoritate existiabis.Si tuis rō= nibus non inconueniens esse ducas. Si hoc tibi non incon= mode arbitreris. Nemo est mihi Catone amicitior.melior familior.paratior.liberalior. Pace tua dixerim.pace tua lo quor.pace omniū affirmabo. Ego quid possim nescio.Ego quid valeā non cognosco. Ego que mea sit facultas nō intel ligo. Ego quid cause possim non satis mihi constat. Ego quibus viribus niti possim non conspicio. Sed tamen mihi nō tantū assumo.attribuo.arrogo vt. Neq3 enī cū hoc facie bam eram amens.stultus.dissipiens. Neq3 enī cū hec tracta bam ignorarem quid agerem. Neq3 enī cū hec temptabā īsa nire videbar. Nō enī est cōsiliū meū accusandū. Nihil e= gi quod iure possit reprehendi. Nihil enī vicii habet nostrū cōsiliū deliberatū. Si tibi hoc displicet nō vtar post hac.dein ceps pretermittā. Si tibi hoc doleat ī posterū missū faciam

Si tibi hoc inuidiosū est in futurū non attingam. Posses hanc meā voluntatē refutare. Posses hanc pro me prouinci am subterfugere. Posset tua dignitas hunc laborē recusare

Si negotiū cōmode videbitur esse gerendū. Si res vtiliter agi poterit. Si rei oportuītas ptātē habebit. Neq3 enī habes quo me accuses. Neq3 quicq̄ a me cōmissū ē quod criminandū eē videatur. Quid si que dicta sunt falsa sūt omnia? Quid si ostendā hec omīa esse inania? Quid si hec omnia ficta esse cōfirmem? Malorū ego sermonibus non moueor. Insidorū ego maledictis fidē non adhibeo. Friuolis ego hominū rōnibus non assētio. Sed hec tibi exponere nisi coram non possū. Sed hec te corā. Sed de his rebus coram plura. Quādo ego bonos conatus sū offendere? Vt ego vnq̄ bonis fui impedimēto? Vt ego bonis aduersarius vnquā fui? Quorsū hoc? quid hoc sibi vult? quē ad finē hec spectant? hec que dixit eo spectant. Immortalitas mihi videtur ātequā rē hanc cōsequar. Hoc ita longū est vt optandū sit. Nunquā diē uidere videor vt hoc mihi cōtingat. S3 iā satis iocati sumus. Sed hec extra iocum. Sed alias iocabimur. Sed ridicula missa faciamus. Sed de hoc alias videre licet. Temporibus obsequor pareo nccitati. Fruor dū licet. Hoc attribuas occupationibus velī. Hec rei magnitudini assignes. Ignosce timori. Miserere tēporū. Neq3 tamē vlla res alia me tenet. Neq3 tamē alio impedior negotio. De certis rebus affirmare possū. De reliquis negotiis certi nihil habeo. De reliquis accessionibus certum quicquā polliceri non possū. Reliqua nichil ad te attinent. Cetera sūt eiusmodi vt nihil ad rem tuam pertineāt. Reliqua nihil te tangunt. Fortuna culpā sustinet. Hec fortune tribuūtur. Hec tēporibus assignātur. Fortasse diceret quisquā. Forsitā quisquā sciscitaretur. Quereret aliquis fortasse. Neq3 hēbatur quisquā honore superior / sapīa prestātior / virtute excellētior / rebꝫ gestis illustrior / autoritate preclarior. Danda est opera. Properandū est. Celeritate est opus. Maturitatē res desiderat. Est enī aīaduertendū diligenter procurandū / vigilanter euitandū / dies ac noctes ela

borandū/vehementer insudandū. Nihil est quod rideamus
Sed ego nō rideo quāꝗ̄ tu rideas. Sed ego risū prouoca
re nō possū tametsi tu risu exilias. Sed ego letari non possū
tametsi tu risu insanire videaris. Sed ego iocari non possū
ꝗ̄uis tu gaudio desipias. Actū est si hec vera sūt. Si hec
ita sunt nihil est quod cogitemus. Si hec ita constant vt fer
tur nō opus est vt deinceps frustra defatigemur. Si hoc in
teruenerit actū esse de spe nrā putemus. Frustra laboramus
Incassū excogitamus. Inuanū nitimur. Acta agimus.
Prepolsteris vtimur cōsiliis. Nihil est quod facere gestias
Nihil est quod curare moliaris. Nihil est quod statuere
conaris. Res enim aliter acta est ꝙ̄ putauerā. Non equi=
dem eū finē sors dedit quē sperauerā. Longe secus accessio
successit ꝙ̄ expectaui. Sed hoc bonis plurimū molestū est.
Sed hoc male accipitur a bonis. Sed hoc bonorū animū
vehemēter offendere videtur. Sed hoc bonorū oculi videre
nō possūt. Nescio quo modo. quopacto. qua rōne. qua cau=
sa. quo auspicio. qua celorū cōstellatione. Arpinus falso er=
rore ductus ad periculū apertissimum accessit. Arpinus spe
falsa perductus ad pestē ante oculos positā profectus ē. Ar
pinus pudore victus ad mortē omībus suspectam irruit sponte
sua. Nosti mei stomachi fastidium. Nosti mei animi indi
gnationē. Nosti ꝙ̄ soleā ab indignis abhorrere. Vtilitatē
Apii facile curare possū. Cōmodis Apii leuiter vacare pos
sum. Adiumētis Apii facile supersedere possū. Facile enī
dictu est. Hoc ē facile existimatu. Hoc enī facilius est di
ctu ꝙ̄ factu. Hoc tibi nō cōcedo. Hoc ita esse non sentio.
Id enī iure negare possū. Neq̄ enim hoc est verisimile.
Neq̄ hoc videtur esse probabile. Neq̄ hoc verū esse con=
stat. Tantū ei hoc est a veritate alienum vt nihil sit alienius
Non enī possum vllo modo mihi persuadere. Nulla qui
dem rōne in mentem mihi venire pōt. Hec ratio leuis est.
Hec excusatio accipiēda nō est. Hec causa tenuis est. Hec

sententia tenera est. Hec conclusio nulla est. Sed hac rati one nihil opus est. Hac disputatiōe nō egemus. Hoc ne gotiū nō est nobis necessariū. Hūc sermonē ydoneū non pu tamus. Vires deficiūt. Mēbra occidūt. animus languet. vi res eneruātur. Facultates minuuntur. Illud me pertur bat. solicitat. incēdit. exagitat. inflāmat. Quid enī est q me persequātur. perturbēt. impediāt. lacessant. molestēt. īquietēt? Quid enī est q mihi detrahūt. obesse studeant. mihi incom modent? Quid enī est q iniuriis me afficiant? Quid enī est quod contra vim sine vi fieri possit? Cōtra potentiā sine po tentia agi posset? Cōtra vires sine viribus conari quisq̄ possit? Vos dormitis in periculis. Vos nō videmini que īminent intelligere. Vos in periculis ocio marcessitis. Nihil curans nihil reputans. omīa faciens. omīa negligens. omīa paruifaci ens. deos hoīesq̄ despitiēs. Quid multa? quid plura? quid reliqua? quid cetera? quid alia omīa. Sed nosti calidii tardi tatē. Sed nō te fugit q̄ sit calidius parū efficax. Sed nō es ignarus q̄ calidius sit frigidius.

DE CONCLVSIONE. Ca. vi.

Vm aūt epistolas nrās vel orōnes iā exordio nar ratione / diuisione / cōfirmatiōe / ac cōfutatiōe abso lutas dederimus. consequēs ac necessariū sequi vi detur: vt eis conclusiones accōmodemus. Idcirco has modicas cōclusionū inuētiones ceteris superioribus orōis partibus duxi adiungēdas. Tu igitur me amabis: si hoc idē me in te facere existimas. Tu igitur mihi inseruies: si mu tuam me tibi vicē prestaturū arbitraris. Si fieri possit velī pristinū erga me amorē cōserues. Si effici poterit cupio vt solita nrē beniuolētie cōiūctio ītegra cōseruetur. Fac igitur mutuo me diligas. Eadē igitur fac me beniuolētia cōplecta ris. Parem igitur fac mihi voluntatē prestes. Eo igitur inter nos simus animo quo sēper fuimus. Simus igitur ea voluntate qua merito esse debemus. Tu igitur sicut michi

pollicitus es persoluas. Quod promisisti velī tua fide satis=
facias. Quam mihi spem dedisti velī re ipsa prestes. Fac
igitur quod es mihi pollicitus re ipsa experiar. Fac igitur
vt mihi dixisti/ita opus appareat. Tu igitur velī vt scribis
me carissimū habeas. Tu igitur velī vt polliceris me in ere
tuo reponas. Quoniā igitur in amicitiā tuā me cōmisi/me
ergo exornare atq exaugere debes. Quoniā igitur iusticie tue
me dedi ergo rōibus meis iure ipō opitulari debes. A te igi
tur peto vt rōnes meas cōmendatas habeas. A te igitur cō=
tendo vt statū meū cōplectaris/ Adiuua me igitur tua virtu
te. Suscipe me igitur totū tuis beneficiis exornandū. Ama
me igitur tua solita beniuolētia. Defende igitur me tuo so=
lito patricinio. Te ergo oro vt me ita tueare sicuti amicitia
nrā depostulat. Te ergo obsecro vt meas rationes ita defen
das sicuti nrā necitudo requirit. Quare te oro vt causā meā
agas. Quare te obtestor vt me tibi in omnes partes defēden
dū putes. Quare a te cōtēdo vt me totū cōseruādū recipias
A te igitur peto/postulo/efflagito/cōtēdo/vt digitati mee
suffrageris/honori meo opituleris/ autoritati mee inseruias/
rōnibus meis te accōmodes. Itaq te etiā atq etiā rogo. Ita
q te vehementissime obsecro. Itaq te maxīopere contendo.
Itaq plurimūte obtestor. Beniuolentiā igitur et libera
litatē a te peto. Gratiam igitur et officiū tuū a te desidero.
Autoritatē igitur et volūtatē tuā a te deposco. Est igitur
in tua potestate id agere vt quod maximopere desiderē facilius
impetrare possim. Est igitur tue voluntatis omīa posse per
ficere que cupiam. Quare vt quod spero consequar/fac tuā
operā interponas. Quare vt quod summopere desidero fa=
cilius consequi possim. fac vt tuā diligeutiā adhibeas. Qua=
re vt id quod vehemētissime cupio cōmodius impetrē/ fac tuū
liberalitatis officiū intercedat. Rogo igitur ne fallas opini
onem meā. Te igitur obsecro ne spem meā decipias. Te
igitur oro ne spes mea frustra maneat. Magnā igitur pro cā

mea operā fac adhibeas. Sūmū igitur pro meo negotio fac studiū inues. Vehementē igitur pro rōnibus meis diligen tiam fac adiungas. Si igitur quod volo statueris te mei sta tus amatorē existimabo. Si igitur quod cupio feceris te mi hi amicissimū iudicabo. Quare si me virū bonū existimas.
Qobrē si me virū gratū esse credis. Quas ob res si me tuis beneficiis dignū esse iudicabis. Hec igitur tibi erūt cu re quēadmodū cōfido. Ex oībus igitur rebus nihil est quod mihi gratius facere posses. Hoc igitur vt q̄plurimū facias valde rogo. Hec igitur vt spero perspicies. Cetera alia pretermittes cū negotiū meū opera tua īdigebit. Nihil igi tur aliud curabis cū tibi causā meā curare cōtigerit. Nō pos ses existimare q̄ mihi gratū sit futurū. Non facile credere posses q̄ mihi hoc erit acceptū. Si igitur hoc meū a te nego tiū cōficietur omnia profecto videbor consecutus. Si ergo hoc feceris existimabo mihi quod maximopere desideraueri cō tigisse. Ex omībus igitur tuis in me officiis hoc erit mihi omniū pergratissimū. Gratissimū igitur mihi feceris si in hac re mihi morē gesseris. Da igitur operā ut ratio mee di= gnitatis habeatur. Te igitur obsecro vt mee erga te pieta= tis rōnē habere velis. Quecūq3 igitur officia in Gasparinū cōtuleris ea omīa me cepisse putabo. Quicquid igitur offi= cii et honoris in Gasparinū prestiteris/ id ipsū in rem meā con tulisse existimabo. Hoc igitur si feceris cōmuni cōmodo in seruies. Hoc igitur vt agas cōmunia nrē beīuolētie iura de postulant. Quod vt effeceris rem vtriq3 nostrū cōdignā per solueris. Pro me igitur laborabis tanq̄ si tua res agatur.
Fac igitur ita causā meā suscipias/ vt si tuū negotiū tracta= res. Non minori igitur cura oratiōes meas cōplectere q̄ si propriā dignitatē curares. Quē ego diem si videro satis feli citer viuere arbitrabor. Quā ego rem si perfectam esse con spexero me fortunatū existimabo. Quā ego accessionē si tā dem consequar optīe mecū actū esse putabo. Ego que te vel=

le queq; ad te pertinere arbitrabor / om̄ia studiosissime diligen=
terq; curabo. Interea que te velle existimabo agam libētissi=
me! Ego tibi ac tuis neq; desū neq; defuturus sū. Q̄z quo
niā tu ita vis tuo igitur amore perficiam. Q̄z quoniā ita iu
bes tua igitur cā curabo. Si quid igitur a me petieris perfi
ciā ne tu frustra a me petisse videaris. Si quid igitur a me
voles adnitar! ne postulatio tua inanis habeatur. Si quid
igitur a me desiderabis curabo / ne tua ī me spes frustra esse vi
deatur. Ego igitur memoria nr̄e vetuste amicitie monitus
te semper amabo. Ego igitur tua virtute perdoctus tibi sem
per fauebo. Ego itaq; tua in me obseruantia et modestia me
mor tuas rōnes libētissime tuebor. Omnia igitur que pro
te faciam mihi iocūdissima videbuntur. Que igitur pro te
sustinebo erunt mihi dilectissima. Quecunq; igitur mihi fa
cultas erit arbitrio tuo sēper exponetur. Om̄is igitur mea
ptās ex sn̄ia tua sēper disponetur. Q̄z cām tuā mihi cōmen=
das meā puto te mihi cōmendare. Q̄z dignitatē tuam a me
curari velis! meā simul curaturus sū. Etsi nihil profecero
rem tamen temptasse letabor. Et quāq̄ nihil impetrē fortu
nam tamē me expertū fuisse gaudeo. Etsi fortasse nihil fu=
ero cōsecutus placebit tamē rerū conditionē perscrutatum fuis
se. Tametsi frustra laboro morem tamē mihi gessero dum
hominū voluntates et mores expertus fuero. Que om̄ia si
an̄iaduerteris recta esse cōspicies. Que om̄ia si ponderabis
ita vt dixi constare videbis. Que omnia si memīeris me ve
ra predicare iudicabis. Quare si hoc vnū proposuero finem
dicēdi faciā. Quare si hoc aliud reddidero cōcludā. Qua
re si hoc vnū edixero scribendi modū imponā. Et quoniam
de hominū perfidia agere cupimus illud continuo memento.

Et quoniā de hominū predictorū sceleribus mentionē feci=
mus! illud semper cogitare debes. Accepisti quibus rebus
adductus cū Clodio bellū susceperī. Intellexisti qua causa
cōmotus sim! vt Clodiū perpetuo odiam. Vides ergo que

me cauſa mouet/vt Clodii īimicissimus esse debeā. Certior
igitur factus es que iniurie me a Clodio abalienauerūt. Er
go neglecta īproborū societate fac te bonis adiungas. Ergo
ſpreta viciosorū fāiliaritate officiosos cōplectere. Ergo ab=
iecta īperitorū consuetudine doctos fac excolas. Noli igitur
aliud moliri niſi belli feruor prius eferueſcat. Nō igitur a
liquid coneris niſi prius belli rumor raucus factus ſit. No
li igitur quicꝙ̄ tēptare niſi prius audiamus quēadmodū nego
tiū ſit cōfectū. Itaqꝫ orbatus āpliſſimis adiumētis cogor de
bere dolere. Itaqꝫ ſpoliatus ſūmis ornamētis aſtringor me
rore excruciari. Itaqꝫ nudatus maxīs ſolaciis abduci nō poſ
ſum quin acerbiſſime conquerer. Deniqꝫ ſolicitus non ſum.
Deniqꝫ moleſtiis liber ſū. Deniqꝫ nūc ex curis ſubductus
ſum. Deniqꝫ nūc ſū laboribus ſubleuatus. Proinde fac
aīm tantū habeas/quātū opus eſt ad rēpub.cōſeruādā. Pro
inde fac tanta ſit in te virilitas que ſatis valeat vt cōmunis ſta=
tus conſeruetur. Proinde fac tantū perſeueres vt tui animi
preſtantia vniuerſis ciuibus ſalutē pareat. Tu fac anīo forti
magnoqꝫ ſis. Tu fac animū fortē habeas. Tu fac bono
ſis animo. Omīa igitur que vis tuo ſtudio cōſequere. Que
cupis tua induſtria cōperabis.que deſideras tua virtute perfi=
cies.que exoptas tua diligentia nactus eris. Cura igitur ni
hil aliud niſi vt virtutibus īuigiles. Itaqꝫ a te vehētiſſime
cōtendo/vt virtutes ſūmo ſtudio cōplectaris. Te igitur ob
ſecro vt omībus viribus ad ſūme dignitatis preſtantiā incum=
bas. Te igitur vehēnter adhortor vt omī cura ſtudio ac vi=
gilantia ad īmortalitatis exiſtimationē īſudes. Quapropter
ad ſtudia lrārū iudico te debere redire. Q̈obrem ad egregi=
as bonarū artiū diſciplīas adhortor te cōuertas. Qua de re
ad rectā viuēdi inſtitutionē te referas moneo. Hāc igitur rē
cōfido maximā tibi laudē allaturā. Hoc igitur negotiū ma
xime laudi tibi fore cōfido. Hanc igitur diſciplinā arbitror
ſūmam tibi dignitatis amplitudinē preſtaturam. Fac igitur

vt principiis exitus correspondeat. Fac igitur vt primis vl tima consentiant. Fac igitur vt āterioribus postrema cōue niāt. Fac igitur vt tua virtus opinioni hominū correspōde at. Effice igitur vt ꝙ spem apud omnes concitasti eam cla-rissimā demōstres. Fac igitur aliquid ex īgenio tuo desumas quod homīes delectat. Aliquid igitur ex industria fac cōpo nas / quod posteros adiuuare possit. Scribas igitur aliquid ex litterarū virtute quod nomen tuum illustret. Nunc au-tem operior / vt ex tua studiorū disciplina aliquā magnā nomi nis existiationē reportes. Fac igitur in agenda gloria te vin cas. Fac igitur in gerēdis magistratibus solitas virtutes tu as excellas. Tu igitur ut īstituisti prosequere. Sequere igi tur vt cepisti. Inuigila ergo toto anīo vt debes. Incum-be igitur toto pectore vt soles. Hec res ꝙ facultatē hītura sit / tu facilius cognoscere potes ꝙ ego scribere. Hoc nego-tiū quid sibi velit tu melius intelligere potes ꝙ ego te possū ad monere. Sed hoc tu facilius pro tua singulari prudentia vi debis. Sed hec tu melius pro maxīa sapīa tua existimabis.

Verum hec tu prouidentius accuratissima tua intelligentia prouidebis. Sed in hiis rebus oībus quid rō postulet. quid causa requirat. quid tēpora ferēt tu prudentius cognoscere po-teris. Hec igitur negotia vbi / quō / quādo / et per quos trac tari dēant nemo melius ꝙ tu prouidere pōt. Hec ad te scrip si liberius fretus beniuolentia nrā. Hec tecum egi apertius singulari amore nrō cōfisus. Hec tibi planius significaui spe amicitie nrē perdoctus. Hec expressius nota tibi esse vo lui mutua nrī amoris cōiūctione cōmonitus. Hec igitur ti bi scripsi nō vt virū me tibi prudentē ostenderē / sed vt singula rem meum tibi amorē declararem. Hec igitur tibi significa ui non vt meū consiliū tuo anteponerē / sed vt optimā meā ti-bi voluntatem patefacerem. Hec tibi nota esse volui non vt prudentiam ostenderem meam / sed vt ardentissimū meum ī te desideriū aperirē. Quicquid attigi non feci vt ad hoc te ma

gis incitarē qui diligētissimus es: sed vt quāto te amore cōplectar scire posses. Quicquid tibi aperui non eo feci vt tibi cōsulerem qui nullius indigeas admonitiōe: sed vt quāti te facerem intelligeres. Longiori vtar dicendi rōe: cum plus ocii nactus fuero. Cum cōmodiorē scribendi facultatē habuero Cum āplior mihi cōmoditas suppeditabit. Cum maior mihi oportuītas oblata fuerit. Plura scripsissem nisi tabellarius festinasset. Lōgioribus te lrīs visitassē: si tabellarius operiri voluisset. Nunc reliqua spes mea in te posita est. Nūc me totū tue cōmendo fidei. Nūc in alio nemine q̄ i teipso sperare licet. Nunc oīs mea spes in te solo de pendet. Totū igitur me tibi trado. Totū igitur me fidei tue cōmendabo. Totū igitur fac me cōplectaris. Illud tandē te oro. Illud deniq̧ te obsecro. Illud postremo a te contendo. Tu interea nō cessabis. vigilantissimus eris. sedulo curabis. omīa perficies. Velim igitur intelligas. exploratum habeas. tibi persuadeas. Q: si hoc beneficiū mihi effeceris. Q: si hoc beneficio me exornaueris. Q: si hoc in me officium contuleris. Q: si te mihi facillimum ostenderis. Q: si hoc me onere subleuaueris. Q: si ex hiis me molestiis exemeris. Rem igitur mihi optatissimam prestiteris. Acceptā persolueris. Feceris q̄gratissimā. Admodum gratam effeceris. Faciā ergo quod me rogas. Faciā ergo quod petisti. efficiam ergo quod te velle existimabo. Itaq̧ vt mones efficiā. vt precipias agam. vt adhortaris prosequar. vt suades faciā. vt cōsulis pergam. Morem igitur tibi gessi. Tibi igitur obtēperaui. Sū igitur tue obsecutus volūtati. Tuo igitur desiderio me accomodaui. Itaq̧ sum aīmo paratus Sum volūtate promptus. Sum re et opere expeditus. Hoc deniq̧ anīo sum. hac tandē sū volūtate. hac finaliter sū opiniōe Hac sū postremo cōstitutiōe. Verū ista curabimus. Verū hoc transigemus. Ceterū de hoc tractabimus. Restat igitur vt corā sermonē habeamus. Extremū illud ē vt vna

deliberemus. Sūma illa sit vt nos simul coueiamus. Caput illud maneat vt nobis presentibus vna coniecemur. Reliqua tecū aget tabellarius. Cetera per tabellariū cognosces

Alia oīa tibi nūcius significabit. Siqua restant ex aliorū sermonibus certior fies. Te igitur vt spero propediē videbo. Cito igitur tecū futurus sū. Q̄pprimū igitur te reuisā. Si igitur ad me nō veneris ego ad te q̄pprimū proficiscar. Nisi igitur ad me q̄pprimū veneris ego te coueniā. Si igitur te breui ad me non contuleris ego citius ad te aduolabo.

Velim igitur quid acturus sis me certiorē facias. Quid moliturus sis mihi significes. Quid cōsilii sis icepturus mihi denūcies. His igitur de rebus quid deliberaturus sis fac me doceas. De his igitur negotiis quid sis ordinaturus fac vt sciam. Tu quid egeris id velim deus approbet. Tu quid cōstitueris exopto vt tibi beneuertat. Tu quid feceris cupio tibi feliciter euenire. Itaq̄ rē ita gestā esse gaudeo. Itaq̄ negotium ita esse cōfectū valde letor. Itaq̄ causā nostrā talē finē cōsecutā esse letus sum. Negotiū adhuc sic se hab3: hoc est quod factū est. Que igitur acta sūt vides. Que igitur constituta sunt collige. Tenes igitur quonā pacto res gesta sit. His igitur rebus certior factus tenes quid tibi agendū sit. Nūc que a me acta sūt clarissime satis itelligis. Nūc quid egerim cognoscis. Nūc quid decreuerim perspicis. Nūc quid cōstituerim vides. Nūc quid acturus sim accipis. Habes igitur meū cōsiliū. Habes ergo quid augurior. Intelligis igitur sententiā meā. Cognosces igitur quid sentiam. Prospicis igitur que mea institutio. Sed vt pauloante tibi dixi.

Sed vt ad te scripsi ante. Sed vt antea tibi significaui. Cetera cognosces ab aliis. De ceteris rebus ex rumoribus certior fies. Que igitur sequūtur alii tibi nuntiabūt. Reliqua tibi Sempronius explicabit. Sed vt redeamus ad illud vnde diuertimus. Sed vt redeam ad capud ipsum. Sed vt ad rem reuertar. Aduerte nūc itidem rationes tuas. Vide nūc

pariter statum tuū. Cogita nūc vltro citroq; accessiōes vtriusq; partis. Etiam atq; etiā illud cogita si tibi cōsilii ratio sit ineunda. Accuratissime igitur tecū delibera que consultandi institutio sit recipienda. Nō cessabis igitur tecū peruoluere que agendi ratio sit nobis obseruāda. Facies itaq; melius Ages itaq; cōmodius. Curabis itaq; prudentius. Deliberabis itaq; sapientius. Cōstitues itaq; probabilius. Hec igitur sūt que tibi nota esse volui. Hec igitur cōstant que te scire oportere sum arbitratus. Tenes igitur que te scire desiderabam

Omībus his de causis debes quod dixi obseruare. Hiis igitur de rebus omībus mihi debes obtēperare. His igitur rōnibus sentētie mee debes acquiescere. Nūc quid tibi videtur facies. Nūc tenes quid debes cōstituere. Nunc tuū factum cōsidera. Nunc ex sententia tua quod voles cōstitues. Nunc tui cōsilii est quid tibi agendū sit. Nūc tu pro tua prudentia quid bonum videbitur perficies. Si igitur me audies mihi obtēperabis. Si igitur mihi auscultaueris. morē gesseris. credere volueris. fidē adhibueris. Fac igitur cōstanti animo persistas. fac igitur in volūtate permaneas. Fac igitur ne quisq̄ ab officio te auferat. Vides igitur nihil esse nisi ineptias

Cognoscis ergo hec omīa esse inania. ieiuna. vana. nihil valere. vim nullā habere. Expecto igitur te q̄primū. Te igitur indies operior. venies igitur mihi expectatus. Non posses existimare q̄topere te desiderem. Expecto igitur tuas lrās. Operior igitur vt tue mihi littere indies deferantur.

Tuas igitur lrās sūma cū auiditate desidero. Incredibile me tenet desideriū videndi lrās tuas. Sūma igitur teneor voluptate tuas complectendi lrās. Fac igitur sepe mihi scribas. Fac igitur vt tuis me lrīs sepenumero visites. Fac igitur vt crebre tue ad me lrē deferantur. Fac igitur lrīs mihi correspondeas. Fac igitur vt sepissime per tuas lrās me cū agas. Fac igitur vt tuis lrīs intercedentibus de statu tuo fiam crebrissime certior. Ignosce igitur celeritati litterarū

parce festinationi epistolarū. Da veniam si litteras tam celeriter excusaueri. Sed iam his finem impono. finem igitur dicendi facio, ponam in extremo quod sentio. Valebis igitur feliciter princeps illustrissime! iuxta illud quod dicimus. Tu valeas felix seu longo tempore fenix. Et foueat tellus velut te pelle vitellus. Et Albertū de Eyb tui obsequentissimū vt sēper fecisti tua grā cōplectaris! atq hec pauca snīarū synonima! ex illustribus autoribus Gasparino Barzizio pergamensi! et Stephano fliscο Soncinēsi exerpta! et per me sic ordinata! tibi fac sint ꝙ gratissima.

Tractatus. iii. Clausule familiares ex libris Epistolarū. M. T. C. exerpte Et primo ad magnitudinē amoris/beniuolentie/et familiaritatis/siue officii et beneficii in aliquē nrī aut alterius in nos explicandā feliciter incipiunt Cum aliis ex ordine Rubricarum clausulis. Ca. i.

Vanq̄ superiora snīarū synonima Illustrissime et humanissīe prīceps! ad qualscūq cōficiēdarū eplārū rōnes satis esse uideātur! tamē noster vt dicendi stilus magis ac magis elucescat! et nrā reddatur eplā illustrior atq pregnātior! nō absurdū eē putaui clausulas et qui dē elegantiores! ex libris eplārū Marcii Tullii Ciceronis oīm sane oratorum qui fuerūt prīcipis excerpere! et in vnū redigere! ac sub certis rubricis seu titulis! sub quibus cōmodius cadere videātur collocare (Et hoc opus hic labor est) vt facilius cū illis nobis vtendū erit/nobis succedere/valeāt et occurrere. Imprimis itaq clausulas et orōnes que circa amorē sūt et beniuolentiā! vt supra posita ostendit Rubrica! absoluendas eē existiaui! que in hunc sequūtur modū. Ego omi officio ac potius pietate erga te ceteris satisfactio omnibus mihi ipse nunquā satisfacio. Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum! vt quoniā tu nisi perfecta re de me non conquiesti! ego quia non idem in tua causa efficio vitam mihi esse acerbā putē libro primo Eplā prima. Nam cū in sermone quottidiano.

tum in senatu palam sic egit causã tuam/ vt neq eloquentia maiore quisq̃/ nec grauitate/ nec studio/ nec contẽtione agere potuerit cum summa testificatione tuorũ in se officiorũ et amoris erga se tui. libro primo. Epistola eadem. Eum non solũ beneficio sed amore etiam et perpetuo meo quodã iudicio diligebam. Epistola nona. Hic multũ valuit tum vetus amicicia/ quam tu ignoras mihi et Q. fratri cum Cesare fuisse/ tum humanitas eius/ ac liberalitas breui tempore et litteris et officiis perspecta nobis et cognita/ Vehementer etiam respublica me monuit. Epistola eadem. Sic ei te existimare velim neminem esse cuius officiis me tam esse deuinctũ non solum cõfitear/ sed etiam gaudeam. Eadem. Existimes velim neminẽ cuiq̃ neq cariorem neq iocũdiorẽ vnq̃ fuisse quã te mihi. Idq me non modo vt tu sentias/ sed vt omnes gentes etiam/ vt posteritas omnis ĩtelligat esse facturũ. Epistola decima. Illud profecto cognosces mihi te neq cariorem esse quẽquã. libro secundo. Epistola tertia. Graue est enĩ homini prudenti/ alias pudenti petere aliquid magnũ ab eo de quo se benemeritũ putet/ ne id quod petat exigere magis q̃ rogare/ et ĩ mercedis potius quã beneficii loco numerare videatur. Sed quia tua in me vel nota omnibus/ vel ipsa nouitate meorum temporũ clarissima/ et maxĩa beneficia extiterunt. Estq animi ingenii cui multum debeas/ eidem plurimũ velle debere/ non dubitaui id a te per lrãs petere/ quod mihi omniũ esset maximũ/ maximeq necessariũ. Neqenĩ sum veritus/ ne sustinere tua in me beneficia vel ĩnumerabilia nõ possẽ/ cũ presertĩ cõfiderẽ nullã esse gratiã q̃ nõ vel capere aĩmus meus ĩ accipiẽdo/ vel ĩ remunerãdo cumulãdoq illustrare posset. Eplã vi. Te vero mirifice diligo quem mihi fortuna dedit ãplificatorẽ dignitatis mee/ vltorem nõ modo inimicorũ sed etiã ĩuidorũ meorũ/ vt eos partĩ scelerũ suorũ/ partĩ etiã ineptiarũ peĩteret. Eplã ix. Sic enĩ tibi persuade carissimũ te mihi esse cũ propter munitas suauitates ĩgenii/ officii/ huãnitatis tue/ tũ q ex tuis lr ĩs/ et ex multorũ

ſermonibus intelligo omīa que a me profecta ſunt in te tibi ac
cidiſſe gratiſſima! quod cū ita ſit perficiā profecto / vt longi tem
poris vſurā qua caruimus intermiſſa nrā cōſuetudine! et grā et
crebritate / et magnitudīe officiorū ſarciā. li. iii. Eplā. i. Me
um ſtudium erga te et officiū tametſi multis rebus ſpero eſſe
cognitum tibi! tamen in his maxime declarabo! quibus pluri=
mū ſignificare potero! tuam mihi exiſtimationē et dignitatē ca
riſſimā eſſe. Eplā. iii. Et reuera cōfirmata aīcitia! et perfecta
fide cōmemoratio officiorū ſuperuacua eſt! eam partem orōis
pretermittā / tibi tamen agam (vt debeo) grās. Eplā. iiii. Sȝ
vt ad rem redeā! me tibi nō amicū modo! verūetiā amiciſſimū
exiſtimes velī! et profecto oībus meis officiis efficiā! vt ita eē
vere poſſis iudicare. Eplā. vi. Sic habeto! niſi iā tūc oīa ne=
gotia cū ſūma tua digītate diligētiſſime cōfeciſſē! tāetſi nihil vi
debatur ad meū priſtinū erga te ſtudiū addi poſſe! tamē hac mi
hi affinitate nūtiata! nō maiore quidē ſtudio! ſȝ acriuſ! apertius
ſignificātius dignitatē tuā defēdiſſē. Eplā. xi. Primū hoc ve
lim exiſtimeſ! animū mihi iſtū tuū vehēnter probari! et frater
nā plenā huānitatis et pietatis voluntatē. libro quīto. Eplā. ii.
Ego te mihi ſemper amicum eſſe volui! me vt tibi amiciſſi=
mū eſſe ītelligeres laboraui. Maneo in voluntate! et quo aduo
les tu permanebo! citiuſq; amore tui fratrem tuū odiſſe deſinā
q̄ illius odio quicq̄ de noſtra beniuolentia detraham. Eadem.
Ego ſi abs te ſumma officia deſiderē mirū nemini videri de
beat. Omīa enim a me in te profecta ſunt que ad tuū cōmodū
que ad honorē! que ad dignitatē pertinerēt. pro his rebus nul=
lam michi abs te relictā eſſe gratiā! tu es optimus teſtis. Eplā
quinta. Quantum meū ſtudiū extiterit dignitatis tue! vel
tuende / vel etiā augende non dubito quin ad te omēs tui ſcrip
ſerint. Non enī fuit aut mediocre / ant obſcurum / aut eiuſmodi
quod ſilētio poſſet preteriri. Nam et cū cōſulibus / et cū multis
cōſularibus tāta cōtentiōe decertaui! quanta nunq̄ antea vlla ī
cauſa! ſuſcepiq; mihi perpetuā propugnationem! pro omnibuſ

ornamentis tuis/veterique nostre necessitudini iamdiu debitum sed multa varietate temporum interruptum officium cumulate reddidi. Neque me hercule vnquam mihi tui/aut colendi/aut ornandi voluntas defuit/sed quedam pestes hominum laude aliena dolentium et te nonnunquam a me alienauerunt me aliquando immutarunt tibi/ sed extitit optatum tempus mihi magisque speratum/vt florentissimis tuis rebus mea perspici posset/et memoria nostre voluntatis/ et amicitie fides. Sum enim consecutus/vt non modo domus tua/sed tota ciuitas me tibi amicissimum esse cognosceret. Epistola. viii. Quos quidem ego ambos vnice diligo/sed in marco beniuolentia impari/hoc sum magis publico deditus/quod me quamquam a puericia sua semper tamen hoc tempore maxime sicut alterum parentem et obseruat et diligit. Eadem. Etsi mihi nunquam dubium fuit/ quin tibi essem carissimus/tamen quotidie id magis perspicio. Epistola. xix.
Facile perspexi ex tuis literis (quod semper studui) et me a te plurimi fieri/et te intelligere quam mihi carus esses/quod quando vterque nostrum consecutus est. Reliquum est vt officiis certemus inter nos/ quibus equo animo vel vincam te vel vincar abs te li. vii. Epi. xxxii. Semper amaui vt tu scis. M. brutum propter eius summum ingenium suauissimos mores singularem probitatem atque constantiam/tamen idibus marciis tantum accessit ad amorem/vt mirarer locum fuisse augendi in eo quod mihi iampridem cumulatum esse videbatur. Quis erat qui putaret ad eum amorem quem erga te habebam/posse aliquid accedere tantum accessit vt mihi nunc denique amare videar/antea dilexisse. Libro ix. Epistola. xiiii. Nam cum a satis multis (non enim possum aliter dicere) et coli me videam et diligi/nemo est illorum omnium mihi te iocundior. Nam quod me amas/quod id etiam pridem et constanter facis/est id quidem magnum/ atque haud scio an maximum/sed tibi commune cum multis/quod tuipse tam amandus es/tam dulcis/tamque in omni genere iocundus/id est proprie tuum. Epistola. xv. Nam etsi non facile diiudicatur amor verus et fictus. Nisi aliquod incidit eiusmodi tempus/vt quasi aurum igne/ sic beniuolentia fidelis periculo aliquo perspici possit. Cetera sunt signa communia

sed ego vno vtor argumēto! q̄obrē me ex anio vereq̄ arbitror diligi! qz et nrā fortuā ea ē et illorū vt simulādi cā nō sit. Eplā xxvi. Nō possū eū nō diligere cuius beneficio id cōsecutus sum. Illud aūt erat amoris mei quē a tua pueritia susceptū nō seruaui solū! sed etiā auxi monere te atz hortari vt ī rēpub. omni cogitatione curaq̄ incumberes libro. x. Epistola prima. Ego plante necessitudinē cōstitutā habui cum domo vrā āte aliquādo q̄ tu natus esses/amorē aūt erga te ab ineunte pueritia tua! cōfirmata iam etate familiaritatē tū studio meo/tū iudicio tuo constitutū! his de causis mirabiliter faueo dignitati tue quā mihi tecum statuo habere cōmunē. Epistola tertia. Hec amore magis impulsus scribēda ad te putaui! quā q̄ te arbitrarer mōitis et preceptis egere! sciebā enī te ex iisdē hec haurire fōtibus! ex quibus ipē hauserā! quare modū faciā. Nūc tantū significādū putaui! vt potius amorē tibi ostēderē meū q̄ ostentarem prudentiā. Eadē. Nullū enī in te officiū! ne mimū quidem sine maxīa culpa videor posse preterire! in quo tuendo habeo cās plurīas! vel paterne necītudinis/vel mee a pueritia obseruātie/vel tui erga me mutui amoris! quare mi cicero quod mea tuaq̄ patitur etas/ persuade tibi te vnū esse! in quo colēdo eque paternā mihi cōstitueri sctitatē. Eplā. iiii. Nō minus ei a te probari quā diligi sēper malui/nec te magis ī culpa defēsorē mihi paraui! quā predicatorē meritorū meorū eē volui. eplā vii. Ad eas eī cās quibus amore īter nos sumus! officiis vetustate cōiūcti/patrie caritas accessit! eaq̄ effecit! vt tuā vitā anteferrē mee. Eplā. x. Studia mea erga te! quibus certe nulla eē maiora potuerūt! tibi tā grata eē! quā ego putaui fore mime miror! vehemēterq̄ letor! que quidē tu si recte istic erit maiora et grauiora cognosces. Eplā. xx. Te quidem mi Cicero in dies me hercle habeo cariorem ! solicitudinesq̄ meas quotidie magis tua merita exacuūt ne quid aut ex amore! aut ex iudicio tuo perdā. opto vt nihil liceat iam presenti pietate meorum officiorum! tua beneficia tibi facere iocundiora. Epistola. xxiiii.

De meo studio erga salutem et incolumitatem tuam/ credo
te cognoscere ex litteris tuorū/ quibus me cumulatissime satis
fecisse certe scio/ ne his cōcedo quāq̄ sint singulari ī te beniuolē=
tia/ vt te saluū malint q̄ ego. Illi mihi necesse est concedāt vt
tibi plusq̄ ipsi hoc tempore prodesse possim/ quod quidem nec
destiti facere nec desistam/ etiam in maxima re feci/ et fundamē
ta ieci salutis tue. Tu fac bono aīmo magnoq̄ sis neq̄ tibi nul=
la re defuturū esse confidas. Epistola xxix. Etsi omni tem=
pore sūma studia officii mutuo inter nos certatim constiterūt/
pro nrā inter nos familiaritate/ et proinde diligenter ab vtroq̄
cōseruata sūt/ tamē nō dubito ī tāto et tā repētino motu reipub
quin nonnulla de me falsis rumoribus a meis obtrectatoribus
me īdigna ad te delata sit/ que tuū aīmū maguopero mouerūt
pro tuo amore in. r. p. ea te moderate accepisse/ neq̄ temere cre
dēdū iudicasse/ a meis procuratoribus certior sū factus/ que mi
hi vt debēt gratissima sūt. Eplā. xxxiiii. Si de tua ī me volū
tate dubitarē/ multis a te verbis peterē vt dignitatē meā tuere
re/ sed profecto ē ita vt mihi persuasi/ me tibi esse cure. eplā. iiii
li. xi. Que de te in senatu egeri/ que ī cōcione maxīa dixeri/
aliorū te lrīs malo cognoscere. illud tibi persuadeas velim/ me
oīa que ad tuā digitatē augēda pertīebūt que ē per se āplissīa sū
mo sēper studio susceptură et defēsurū quod quāq̄ ītelligo me
cū multis eē facturū/ tamē appetā huius rei prīcipatū. eplā vi
Admirabilis ē enī quedā tui nomīs caritas/ amorq̄ in te sin
gularis omniū ciuium. Ita enī sperāt atq̄ confidūt. Eplā. viii.
Quod pro me nō facio. id pro te facere amor meus in te/ tu
aq̄ officia cogūt vt timeā. Eplā. xx. Hec me tibi scribere nō
prudētia mea hortatur/ sed amor in te et cupiditas ocii/ q̄ sine
te cōsistere nō pōt. eadē. Te tamē mi brute sic amo vt debeo
q̄ illud quicquid eēt nugarū me scire voluisti/ signū ei magnū
amoris dedisti. eplā. xxi. Qītū meōria preterita repetere possū
nemo est mihi te amicus antiquior/ sed vetustas habet aliquid
cōmune cū multis/ amor non habet/ dilexi te quo die cognoui

meq̃ ate diligi iudicaui. Eplã xxviii. Equidē et ante hoc tem pus te dilexi/et semper me a te diligi sēsi/et cū abessem/atq̃ in magnis periculis essem/et me absentem et meos presentes/a te cultos et defensos esse memini/ et post meū reditum q̃ familia riter mecū vixeris/queq̃ ego de te et sēserim/ et predicauerim oĩs qui solēt hec aĩaduertere testes habemus. Gratissimum ve re iudiciū de mea fide et de cōstātia fecisti/cū post mortē cesaris totū te ad amicitiā meā cōtulisti/quod iudiciū tuū nisi sūma be niuolentia mea erga te oĩbusq̃ meritis cōprobauero/ipseme ho minē nō putabo. Tu mi oppi cōseruabis amorē tuū(etsi amore magis hoc quidē scribo q̃ quo te admouēdū putē) meaq̃ oĩa tu ebere/que tibi ne ignota essēt attico mādaui. A me aūt cū pau= lum ocii nacti erimus vberiores lrãs expectato. da operā vt va leas/hoc mihi gratius facere nihil potes/Eplā vltima. Pu to enĩ etiāsi rē minus probabis tamē in ista solicitudĩe quicquid a me profectū sit iocūdū tibi fore. Ex mihi existimatōnē tuā di gnitatēq̃ cōmēdas/facis tu quidē omniū more/sz velim sic exi stimes/me cū amori quē inter nos mutuū esse intelligā pluri= mū tribuā/tū de sūmo ingenio. tum de studiis tuis optĩs/et de spe āplissime dignitatis ita iudicare/vt neminē tibi anteponam comparem paucos. libro xii. Eplā xvii. Ego nullū locū pre termitto(nec enĩ debeo)non mō laudādi tui/ sed ne ornādi qui dē/sed mea studia erga te et officia/malo tibi ex tuorū lrĩs quā ex meis esse nota. Eplā. xxiiii. Quāq̃ admodū sumus iā de= fatigati/sed nulla lassitudo ĩpedire officiū et fidem debet. Eplā xxv. Nō dubitabā equidē. Verūtamen multo mihi notiorē amorē tuū effecit Cerippus O hominē illum quidē mihi sem per aptū/nūc etiā suauē/vultus me hercule tuos mihi expres= sit omnis/non solum animū ac verba pertulit. Epistola vltima

Sed et inicio Rome/cum te quoq̃ et tuos omnis obserua= bat. me coluit ĩprimis/ et nuper cum ea que voluit de suis pre miis et cōmodis consecutus est/ me habuit suorū defensorū et amicorum fere principem libro decimotertio. Epistola prima

Pomponiū atticū sic amo vt alterum fratrē nihil est illo mihi nec carius nec iocundius. Is nō quo sit ex istis(est enī omni liberali doctrīa politissimus)sꝫ valde diligit patronē valde phedriū! sic a me contēdit hic hō mīme ābiciosus! mīme in rogādo molestus! vt nichil vnꝙ magis! nec dubitat quin ego a te nutu hoc cōsequi possim. eplā eadē. Agā iā tecū faīliariter vt ē et studiis et officiis nrīs mutuis! et sūma aīcitia dignū! et necessitudine etiā paterna libro xv. Eplā iiii. Liber iste quem mihi misisti! quātā declarationē habet amoris tui. Primū ꝙ tibi facetū videtur quicquid ego dixi! quod aliis fortasse nō idē. deinde ꝙ illa siue faceta sint! siue sic fiāt narrāte te venustissima! quin etiā āteꝙ ad me veīatur! risus omīs pene consumitur. ꝙ si ī his scribēdis! nihil aliud nisi quod necē fuit/de vno me tandiu cognouisses! ferreus essē si te nō amarem. Cū vero ea que scriptura prosecutus es sine sūmo amore cogitare nō potueris/non possū existīare plus quenꝙ a seipso! quā me a te amari/cui quidem ego amori(vtinā ceteris rebus possē) amore certe respondebo. Eplā vltima. Reliquū est vt tuam profectionē amore prosequar/reditū spe expectem/absentē memoria colam! omne desideriū accipiendis mittendisꝗ litteris leniam. Tu velim tua ī me studia/et officia multū tecū recordārer/ que cū tibi liceat mihi nephas sit obliuisci! non modo virū bonū me existimabis verumetiā a me te amari plurimū iudicabis. Recte vale et me ama. Epistola eadem ad finē. Hec sunt princeps hūānissime sententiarū synonima siue clausule circa amorē et officiū ex libris epistolarū. M. T. C. Excerpte et delecte! quas multo tibi plures dedissem! nisi veritus essem ꝙ nrī operis institutio(restat enī adhuc mare magnū et spaciosū / et illic reptilia quorū nō erit numerus)in longū nimis sese protēdere posset. Igitur nunc itē accipe! accipe igitur clausulas circa amorē et officiū vt supra! ex libris eplārū Clarissimi oratoris Gasparini pergamēsis! et aliorū nrā etate eloquentie principū extractas! prout ex ordine intuebere que in hūc sequuntur modum.

Circa amorē et officium vt supra Gasparini pergamensis et aliorum clausule sequuntur. Ca.ii.

Vanq̄ nunq̄ de tuo ī me studio ac beniuolētia dubitauerī / tamē mirū est / q̄ ī te sēper amor meus in dies crescat / nō putabā fieri posse / q̄ nrā beniuolētia cumulatior esse posset / sꝫ effecisti vt nullo tēpore visus sim vere a te amari nisi hodierno. Cū enī nulla occasio olim interuenisset cur me ab aliquo errato deterreres / nunquā potui ī leta materia certum experimentū amoris tui sumere. q̄ aūt nūc me admones / nec pateris me in aīcitia peccare (etsi oēs magis laudibus q̄ correctiōe delectemur / tamē nō aliter reprehensio tua mihi est iocūda / q̄ vt īterdū amara inter dulcia delectant) non quero defensionē aliquā apud te. est enim hoc pertinacie viciū / ea velle tueri que emendari oporteat. Ego quantū in me est operam dabo / vt eum aliquanto cariorem habeā quā si nullū odium intercessisset. Sepe amor ītermissus acrior consurgit quā cōtinuatus. Cū eī ceteris ī rebus sēper optauerī alios vicere / certe in hoc vno etsi a te nō velī ī amore superari tamē parē te mihi esse maxime cupio. Nihil enī mihi videtur minus amātiū eē / quā sui officii meminisse / et alieni obliuisci

Hoc virtutis opus
Nescia mens hominum fati fortisqꝫ future
Nec seruare modum rebus sublata secundis
Omnipotens genitor tanton me crimine dignum
Duxisti. et tantas voluisti expendere penas
Agnouit longe gemitum presaga mali mens
Rebe diu res siqua diu mortalibus vlla est. viximus
Haud ignarus eram quantū noua gloria in armis
Et predulce decus primo certamine posset. xi. enei.

Consulite in medium et rebus succurrite fessis.
Nulla salus bello pacem te exposcimus omnes
Turne. simul pacis solum immobile pignus
Sed non replenda est cura verbis
Poscit quid inuidia virtus. Experiare licet
Cur indecores in limine primo
Deficimus. cur ante tubam tremor occupat artus
Multa dies variisq labor mutabilis eui
Retulit in melius/ multos alterna reuisens
Lusit et in solio rursus fortuna locauit
Cogite consilium et pacem laudate sedentes. Hec ex xi.
Aut habeat victos cedat lauinia coniunx. xii. Enei.
Respice res bello varias. miserere parentis. longeui.
Perge decet. forsan miseros meliora sequentur.
Non hec humanis opibus non arte magistra. Proueniunt.
Disce puer virtutem ex me verumq laborem.
Fortuna ex aliis/ nunc te mea dextera bello.
Defensum dabit/ et magna inter premia ducet
Tu facito/ mox cum matura adoleuerit etas. Sis memor
Heu quid agat varia ne quicquam fluctnat ira
Diuerseq vocant animum in contraria cure
Fluctuat ira. intus rumpuntnr nescia vinci. Pectora.
Vsq adeo ne mori miserū est vos o mihi manes. Este boni.
Quo deus et quo vocat fortuna sequamur.
Fors et virtus miscere in vnum. Hec ex libris Enei.
Et que tanta fuit Romani tibi causa videndi.
Nunquam grauis ere domum mihi dextera redibat
Ante leues ergo pascentur in ethere cerui
Et freta destituent nudos in littore pisces
Ante pererratis amborum finibus exul
Aut ararim parthus bibet aut germania tigrim
Quam nostro illius labatur pectore vultus
Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte
Fronde super viridi sunt nobis mitia poma

Castanee molles et pressi copia lactis.
Et procul iam summa villarum culmina fumant
Maioresq̄ cadunt altis de montibus vmbre.
O formose puer nimium ne crede colori.
Alba ligustra cadunt vaccinia nigra leguntur.
Nec te peniteat calamo triuisse labellum.
Hec eadem vt sciret quid non faciebat amintas?
Torua leona lupum sequitur lupus ipse capellam
Florentem cithisum sequitur lasciuia puella. alias capella
Te coridon alexi trahit sua quemq̄ voluptas.
Me tamen vrit amor quis enim modus assit amori?
Ha coridon coridon que te dementia cepit.
Parcius ista viris tamen obiicienda memento
Etsi non aliqua nocuisses mortuus esses
Quid domini facient audent cum talia fures
Est mihi nanq̄ domi pater. est iniusta nouerca.
Bis die numerant ambo pecus/ alter et hedos.
Efficiam post hic ne quemq̄ voce lacessas
Quin age siquid habes in me mora non erit vlla
Dicite quandoquidem in molli consedimus herba.
Et nunc omnis ager nunc omnis perturit arbos
Nunc frondent silue nunc formosissimus annus
Malo me galathea petit lasciuia puella.
Et fugit ad salices et se cupit ante videri
Qui legitis flores et humi nascentia fragra
Frigidus o pueri fugite hic latet anguis in herba.
Heu heu q̄ pingui macer est m chi thaurus in aruo.
Dic quibus in terris et eris mihi magnus apollo.
Tris pateat celi spacium non amplius vlnas
Non nostrum inter vos tantas componere lites.
Claudite iam riuos pueri sat prata biberunt.
Vltima cumei venit iam carminis etas
Magnus ab integro seculorum nascitur ordo
Iam redit et virgo redeunt saturnia regna

Iam noua progenies celo demittitur alto
Cara deum soboles magnum iouis incrementum.
Aspice cōuexo mutantem pondere mundum
O mihi tum longe maneat pars vltima vite
Spiritus. et quantum sat erit dicere tua facta
Incipe praue puer risu cognoscere matrem.
Lenta salix quantum palenti cedit oliue.
Puniceis humilis quantum saluinta rosetis
Iudicio nostro tantum tibi cedit amintas
Vitis vt arboribus decori est vt vitibus vue
Vt gregibus thauri segetes vt pinguibus aruis
Tu decus omne tuis postquam te fata tulerunt
Grandia sepe quibus mandauimus ordea sulcis
Infelix lolium et steriles dominantur auene
Pro molli viola pro purpureo narcisso.
Cardinis. et spinis surgit paluirus acutis.
Spargite humum foliis inducite fontibus vmbras. Pastores.
Tale tuum carmē nobis diuine poeta
Quale sopor fessis in gramine: quale per estum
Dulcis aque saliente sitim restinguere riuo
An quicquam tali sit nobis munere maius?
Dum iuga mōtis aper: fluuios dum piscis amabit
Dumq; thimo pascentur apes: dum rore cicade
Semper honos nomen tuum laudesq; manebūt
Que tibi que tali reddam pro carmine dona?
Ha virgo infelix que te demētia cepit
Ach virgo infelix tu nunc in mōtibus erras
Strata iacent passim sua quaq; sub arbore poma
Quid non speremus amantes?
Non omnia possumus omnes
Numero deus impare gaudet
Nescio quid certe: est et ylas in limine latrat
Hunc victi tristes quoniam fors oīa versat
Hic ver purpureum hic varios flumia circum

Fundit humus flores hic candida populus antro
Imminet. et lente texunt vmbracula vites
Huc ades. insani feriant sine littora fluctus
Omnia fert etas animum quoq; ego sepe longos
Cantando puerum memini me cōdere soles
Nunc oblita michi tot carmina. vox quoq; merim
Iam fugit ipsa. lupi merim, videre priores
Causando nostros in longum ducis amores
Desine plura puer et quod nunc instat agamus
Venit et opilio. tarde venere subulci
Omnia vincit amor et nos cedamus amori
Cuius amor tantum mihi crescit ī horas
Quantum vere nouo viridis se subiicit alnus
Surgamus. solet esse grauis cantantibus vmbra
Iuniperi grauis vmbra. nocent et frugibus vmbre
Ite domum sature (venit hesperus) ite capelle. Hec ex Bucco.
Da facilem cursum. atq; audacibus annue ceptis
Tunc varie venere artes. labor omnia vincit
Improbus. et duris vrgens in rebus egestas
Nec frustra signorum obitus speculamur et ortus
Quippe etiam festis quedam exercere diebus
Fas et iura sinunt. riuos deducere nulla
Religio vetuit. segeti pretendere sepem
Insidias auibus moliri. incendere vepres
Balantumq; gregem fluuio mersari salubri
Imprimis venerare deos atq; annua magne
Sacra refer cereri letis operatus in herbis
Extreme sub occasu hiemis iam vere sereno
Tunc agam pingues et tum mollissima vina
Tum somni dulces denseq; in montibus vmbre
Cuncta tibi cererem pubes agrestis adoret
Cui tu lacte fauos et miti dilue bacho
Terq; nouas circumfelix eat hostia fruges
Omnis quam chorus et socii comitentur ouantes

Et cererem clamore vocent intecta. nec ante
Falcem maturis quisquam supponat aristis
Q̃ cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos et carmina dicat
Atq; hoc vt certis possimus dicere signis
Estusq; pluuiasq; et agentes frigora ventos. Ipse pater statuit
Seuit toto mars impius orbe
Salue magna parens frugum saturnia tellus
Sed dubius mars mediis errat in armis
Candida venit auis lōgis inuisa colubris
Tum pater omnipotens fecundis imbribus ether
Coniugis in gremium lete descendit. et omnes
Magnus alit magno cōmixtus corpore fetus
Ergo rite suum bacho dicemus honorem
Carminibus patriis lancesq; et liba feremus
Pinguiaq; in verubus torrebimus exta colurnis
O fortunatos nimium sua sibi bona norint
Agricolas. quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem victum iustissima tellus
Si non ingentem foribus domus alte superbis
Mane salutantum totis vomit edibus vndam
At secura quies et nescia fallere vita
Felix qui potuit rerum cognoscere causas
Atq; metus omnes. et inexorabile fatum
Subiecit pedibus strepitumq; acherontis auari
Inter se aduersis luctantur cornibus edi
Temptanda via est qua me quoq; possim.
Tollere humo victor virum volitare per ora
Te sine nil altum mens inchoat. en age segnes. rūpe moras.
Optima queq; dies miseris mortalibus eui
Prima fugit. subeunt morbi. tristisq; senectus
Et labor. et dure rapit inclementia mortis
Necnon et pecori est idem delectus equino
Tum modo quos in spem statuis sūmittere gentis

Precipuum iam inde a teneris impende laborem
Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur et mollia crura reponit
Primus. et ire viam et fluuios temptare minace.
Audet. et ignoto sese cōmittere ponto
Nec varios horret strepitus illi ardua ceruix
Argutumq̧ caput. breuis aluus. obesaq̧ terga
Luxuriatq̧ thoris. animosum pectus. honesti
Spadices/glaucíq̧. color deterrimus albis
Et giluo. tum siqua sonum procul arma dedere
Stare loco nescit. micat auribus. et tremit artus
Collectumq̧ premens voluit sub naribus ignem
Densa iuba. et dextra iactata recumbit in armo
At duplex agitur per lumbos spina cauatq̧
Tellurem. et solido grauiter sonat vngula cornu
Nec turpi ignosce senecte
Frigidus in venerem senior frustraq̧ laborem
Ingratum trahit etsi quando ad prelia ventum est
Nimio ne luxu/obtusior vsus
Sit genitali aruo et sulcos oblimet inertes
Carpit enim vires paulatim vritq̧ videndo. femina
Omne adeo genus in terris hominumq̧ ferarumq̧
Et genus equorum. pecudes. pictеq̧ volucres
In furias ignemq̧ ruunt amor omnibus idem
Sed fugit interea fugit irreperabile tempus
Concrescunt subite currenti in flumine cruste
Dira per incautum serpent contagia vulgus
Dii meliora piis erroremq̧ hostibus illum
Et vox auditur fractos sonitus imitata tubarum
Ingentes animos angusto in pectore versant
Hi motus animorum atq̧ hec certamina tanta
Pulueris exigui iactu compressa quiescent
Omnibus vna quies operum labor omnibus vnus
Fessosq̧ sopor suus occupat artus

Haud credunt celo aduentantibus euris
Et genus immortale manet multosq per annos
Stat fortuna domus et aui numerantur auorum
Pulcramq petunt per vulnera mortem
Quis dubitet? nam sepe fauos ignotos adedit. Stellio.
Tanta mee si te ceperunt tedia laudis
Cesariem effuse nitidam per candida colla
Nouit nā omnia vates. que sint. que fuerint. que mox ventura trahantur
Nulla venus nullique aīm flexere himenei
Si vero solinum ad rapidum lunasq sequentes
Ordine respicies. nunquam te crastina fallet
Hora. nec insidiis noctis capiere serene
Luna reuertentes. cum primum colligit ignes
Si nigrum obscuro comprendit aera cornu
Maximus agricolis pelagoq parabitur ymber
At si virgineum suffuderit ore ruborem
Ventus erit. vento semper rubet aurea phebe
Sin ortu quarto (namq is certissimus autor)
Pura. nec obtusis per celum cornibus ibit
Totus et ille dies et qui nascentur ab illo
Exactum ad mensem pluuia ventisq carebunt
Sol quoq exoriens et cum se condet in vndas
Signa dabit. solem certissima signa sequentur
Et que mane refert et que surgentibus astris
Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem medioq refugerit orbe
Suspecti tibi sint ymbres. nā vrget ab alto.
Arboribusq satisq nothus pecorisq sinister
Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese.
Diuersi rumpent radii. aut vbi palida surgit
Titani croceum linquens aurora cubile
Heu male tum mittes defendit pampinus vuas.
Tum multa in tectis crepitans fallit horrida grando
Hoc etiam emenso cum iam decedet olimpo.

Profuerit meminisse magis. nam sepe videmus
Ipsius in vultu varios errare colores
Ceruleus pluuiam denunciat. igneus euros
Sin macule incipient rutilo immiscerier igni.
Omnia tum pariter vento nimbisq; videbis. feruere
At si cum referretq; diem condetq; relatum.
Lucidus orbis erit frustra terrebere nimbis.
Et claro siluas cernes acquilone moueri.
Deniq; quid vesper scerus vehat vnde serenas.
Ventus agat nubes quid cogitet humidus auster
Sol tibi signa dabit. solem quis dicere falsum.
Audeat. Hec Ex libris Georgicorum.

Sequitur videre ex Iuuenali.

Semper ego auditor tantum nunquam ne reponam.
Vexatus totiens? Principium Iuuenalis satirici
Nota magis nulli domus est sua q̃ mihi lucris. Martis.
Et nos ergo manus ferule subduximus. et nos
Consilium dedimus sille priuatus vt altum. dormiret
Vntiolam procul eius habet segillo deuncem.
Partes quisq; suas ad mensuram inguinis heres. Accipiat.
Quid enim saluis infamia numis?
Doctus et ad calicem vigilanti stertere naso
Et multum referens de mecenate supino.
Aude aliquid breuibus gazis et carcere dignum
Si vis esse aliquid. probitas laudatur et alget.
Hic nullus verbis pudor: aut reuerentia mense
Aspice quid faciant commertia venerat obses. Hic fiunt ho
Nunc sacri fontis nemus et delubra locantur. (mines.
Iudeis. quorum cophinus fenumq; suppellex.
Maneant qui nigrum in candida vertunt
Quis nunc diligitur nisi conscius. et cui feruens
Estuat occultis animus semperq; tacendis.
Nil tibi se debere putat nil conferet vnquam.
Participem qui te secreti fecit honesti.

Greculus esuriens in celum iusseris ibit.
Hec eadem licet et nobis laudare: sed illis. Creditur
Quantum quisq; sua nummorum seruat in arca. Tantũ ha-
Nil habet infelix paupertas durius in se (bet et fidei.
Q̃ꝫ ꝙ ridiculos homines facit
Haud facile emergunt quorum virtutibus obstat. Res au-
Cõmune id vicium est. hic viuimus ãbitiosa (gusta domi
Paupertate oẽs. quid te moror? omnia Rome. Cum precio.
Viuendum est illic vbi nulla incendia: nulli. Nocte metus.
Lectus erat codro procula minor. vrceoli sex.
Centum conũiue. sequitur sua quemq; culina.
Nam quid agas cum te furiosus cogat et idem. fortior
Libertas pauperis hec est.
Pulsatus rogat et pugnis bene cesus adorat.
Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti.
His aliis poteram et plures subnectere causas.
Sed iumenta vocant et sol inclinat eundum est. (do artificis
Vt perhibent qui de magnis maiora loquantur. Cõsiliũ lau
Res fisci est vbicunq; natat. donabitur ergo. Ne pereat.
Ille igitur nunquam direxit brachia contra.
Torrentem nec ciuis erat qui libera posset
Verba animi proferre. et vitam pendere vero
Quamuis iurato metuam tibi credere testi.
Plurima sunt que non audent homines pertusa dicere lana
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis. Boletus domino
Mimus quis melior plorante gula?
Spes cenandi vos decipit: ecce dabit iam.
Semesum leporem atꝫ aliquit de clunibus apri
Ille sapit qui te sic vtitur: omnia ferre.
Si potes et debes pulsandum vertice raso.
Prebebis quandoq; caput nec dira timebis.
Flagra pati. his epulis et tali dignus amico
Quippe aliter tunc orbe nouo celoq; recenti. viuebant hoĩes

Antiquum et vetus est alienum postume lectum.
Concutere: atq; sacri genium cõtemnere fultri.
Ferre potes dominam saluis tot restibus vllam
Cum pateant alte caligantesq; fenestre.
Cum tibi vicium se prebeat emilius pons.
O medici mediam pertundite venam
Vnus ybernie vir sufficit? ocius illud.
Extorquebis vt hec oculo contenta sit vno.
An expectes vt quintilianus ametur?
Fortem animum prestant rebus quas turpiter audent
Si iubeat coniunx: durum est conscendere nauem.
Tunc sentina grauis: tum summus vertitur aer
Que mechum sequitur stomacho valet. illa maritum
Conuomit. hec inter nautas et prandet et errat.
Per puppem: et duros gaudet tractare rudentes.
Nam sergiolus iam radere guttur Ceperat
Rara auis in terris nigroq; simillima cigno
Quis ferat vxorem? cui constant omnia.
Quid enim non excitat ignem?
Vox blanda et nequam digitos habet
Facies tua computat annos.
Prima peregrinos obscena pecunia mores
Intulit. et turpi fregerunt secula luxu.
Diuicie molles. quid enim venus ebria curat?
Inguinis et capitis que sunt discrimina nescit.
Grandiaq; mediis iam noctibus ostrea mordet
Audio quid veteres olim moneatis amici.
Pone seram cohibe. sed quis custodiet ipsos
Custodes? cauta est. et ab illis incipit vxor.
Iamq; eadem summis pariter minimisq; libido est.
Multis res angusta domi sed nulla pudorem.
Paupertatis habet. nec se metitur ad illum.
Quem dedit hec posuitq; modum. tamẽ vtile quid sit.
Prospiciunt aliquando viri / frigusq; famemq;

Formica tandem quidam expauere magistra.
Prodiga non sentit pereuntem femina censum
Ac velut exhausta rediuiuus pullulet arca.
Nummus. et e pleno semper tollatur aceruo.
Non vnquam repetunt quanta sibi gaudia constent.
Nil non permittit mulier sibi / turpe putat nil
Intolerabilius nihil est quam femina diues.
Excepit blanda intrantes atz era poposcit.
Continueqz iacens cunctorum obsorbuit ictus
Si verum excutias facies non vxor amatur.
Tres ruge subeant et sese cutis arida laxet.
Fiant obscuri dentes oculiqz minores
Collige sarcinolas dicet libertus et exi.
Iam grauis es nobis et sepe emūgeris exi.
Ocius et propera sicco venit altera naso
Si tibi simplicitas vxoria deditus vni
Est animus / summite te caput ceruice parata.
Ferre iugum / nullam inuenies que parcat amante.
Ardeat ipse licet / tormentis gaudet amantis. Et spoliis.
Nulla vnquam de morte hominis cuntatio longa est.
O demens ita seruus homo est / nil fecerit esto
Sic volo sic iubeo sit pro ratione voluntas. Imperat ergo viro
Desperanda tibi salua concordia socru.
Illa docet spoliis nudi gaudere mariti
Illa docet missis a corruptione tabellis.
Nil rude nil simplex rescribere. decipit illa
Custodes / aut ere domat / tunc corpore sano.
Aduocat archigenem onerosaqz pallia iactat
Abditus interea latet et secretus adulter
Impatiensqz more pauet et prepucia ducit.
Nulla fere causa est in qua non femina litem. Mouerit
Semper habet lites alternaqz iurgia lectus.
In quo nupta iacet et minimum dormitur in illo.
Tunc grauis illa viro tunc orba tigride peior.

Cum simulat gemitus occulti cõscia facti.
Aut odit pueros aut ficta pellice plorat
Vberibusq lacrimis semperq paratis. In statione sua:
Clames licet et mare celo
Confundas. homo sum: nihil est audacius illis.
Deprensis. iram atq animos a crimine sumunt
Vt spectet ludos conducit oculina vestem.
Conducit comites: sellam ceruical amicas.
Imponit finem sapiens et rebus honestis.
Nanq docta nimis cupit et facũda videri.
Et hinc miseri fiscantur labia mariti.
Ad mechum lota veniunt cute. quando videri.
Vult formosa domi: mechis foliata parantur
Virgine pigmea nullis adiuta coturnis
Et leuis erecta consurgit ad oscula planta.
Ille petit veniam quotiens non abstinet vxor.
Concubitu. sacris obseruandisq diebus.
Magnaq debetur violato pena caduco
Et genus humanum damnat caligo futuri
Vos ego pupilli moneo quibus amplior est res.
Custodite animas: et nulli credite mense.
Minor admiratio summis.
Debetur monstris quotiens facit ira nocentem.
Nos tamen hoc agimus tenuiq in puluere sulcos
Ducimus. et littus sterili versamus aratro.
Respicit hoc primum qui litigat an tibi serui
Octo decem comites. posita sit sella togati. Ante pedes.
Rara in tenui facundia panno.
Quis color. et quod sit cause genus: atq vbi summa.
Questio. que veniant diuersa parte sagitte.
Nosse volunt homines mercedem soluere nemo.
Si fortuna volet fies de rhetore consul.
Si volet hec eadem fies de consule rhetor
Felix ille tamen coruo quoq rarior albo

Tota licet veteres exornent vndiq cere.
Atria. nobilitas sola est atz vnica virtus.
Miserum est aliene incumbere fame.
Summum crede nephas animam preferre pudori
Et propter vitam viuendi perdere causas.
Pone ire frena modumq
Pone et auaricie miserere inopum sociorum
Ossa vides regum vacuis exusta medullis. Respice quid mo
Curandum imprimis ne magna iniuria fiat (neant leges
Fortibus et miseris. tollas licet omne quod vsq est
Auri atz argenti scutum gladiumq relinques.
Et iacula et galeam. spoliatis arma supersunt.
Omne animi vicium tanto cōspectius in se.
Crimen habet. quanto maior qui peccat habetur.
Fata regunt homines fatum est in partibus illis.
Omnibus in rebus numerentur deinde labores
An facile et pronum est agere intra viscera penem
Legitimum. atz illic hesterne occurrere cene
Seruus erit minimus ille miser qui foderit agrū. Nō dominū
O coridon coridon secretum diuitis vllum.
Esse putas. serui vt taceant iumenta loquentur
Et canis et postes et marmora claude fenestras
Vela tegant rimas. iunge hostia. tollito limen
E medio et clament omnes. prope nemo recumbat.
Quod tamen ad cantum gali facit ille secundi.
Proximus ante diem caupo sciet.
Viuendum recte tum propter plurima tum his.
Precipue causis vt linguas mancipiorum.
Contemnas. nam lingua mali pars pessima serui.
Vtile consilium modo sed commune dedisti
Nunc mihi quid suades post damnum temporis et spei
Deceptas. festinat enim decurrere velox
Flosculus. anguste misereq breuissima vite

Portio. dum bibimus / dum serta / vnguenta / puellas
Poscimus. obrepit non intellecta senectus.
Rarus venit in cenacula miles
Cantabit vacuus coram latrone viator.
Ad generum cereris sine cede ac vulnere pauci,
Descendunt reges et sicca morte tyranni.
Exitus ergo quis est o gloria
Mors sola fatetur. Quantula sint hominum corpuscula.
Da spacium vite multos da iupiter annos.
Hoc recto vultu solum hoc et pallidus optas.
Sed quam continuis et quantis longa senectus
Plena malis. deformem et tetrum ante omnia vultum
Dissimilemq; sui deformem pro cute pellem,
Pendentesq; genas et tales aspice rugas
Sed tuus endimion dilecte fiet adulter.
Matrone. mox cum dederit seruilia nummos
Fiet et illius quam non amat. exuet omnem
Corporis ornatum. quid enī vlla negauerit vdis. Inguinibus
Quandoquidem accepto claudenda est ianua damno.
Quippe minuti. semper et firmi est anī exiguiq; voluptas
Vltio. continuo sic collige q vindicta
Nemo magis gaudet q̄ femina
Dociles imitandis. Turpibus ac prauis omnes sumus
Crescit amor nummi quantum pecunia crescit
Terra malos homines nunc educat atq; pusillos
Ergo deus quoscunq; aspexit ridet et odit. hec iuuenalis.
Quis expediuit plitaco suum chere.
Picasq; docuit nostra verba conari.
Magister artis ingeniiq; largitor
Venter negatas artifex sequi voces.
O curas hominum o quantum est in rebus inane.
Quid faciam. sed sum petulanti splene cachino.
Scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat alter.

At pulcrum est digito monstrari et dici er hic est.
Rides ait. et nimis vncis. naribus indulges
O Iane a tergo quem nulla ciconia pinsit.
Nec manus auriculas imitata est nobilis albas.
Nec lingue quantum sitiat canis apula tantum
Vos o patricius sanguis quos viuere fas est.
Occipiti ceco postice occurrite sanne
Non secus ac si oculo rubricam dirigit vno
Auriculas asini quis non habet?
Elleborum frustra cum iam cutis egra tumebit
Poscentes videas/ venienti occurre morbo.
Et quid opus crathero magnos promittere mōtes
Discite o miseri causas cognoscite rerum.
Quid sumus/ aut quidnā victuri gignimur. ordo
Quis datus/ aut mete q̄ mollis flexus. et vnde
Quis modus argento. quid fas optare. quid asper
Vtile nūmus habet. patrie carisq; propinquis
Quantum elargiri deceat. quem te deus esse
Iussit et humana qua parte locatus es in re.
Tange miser venas et pone in pectore dextram
Nil calet hic/ summosq; pedes attinge/ manusq;. Non frigent.
Egregium cum me vicinia dicat. Non credam.
Respue quod non es. tollat sua munera cardo.
Tecum habita. et noris quam sit tibi cura suppellex.
Vatibus hic mos est centum sibi poscere voces.
Centum ora/ et linguas optare in carmine centum
Folle premis ventos ne clauso murmure raucus
Nescio quid graue tecum cornicaris inepte.
Nec sclopo tumidas intendis rumpere buccas.
Verba toge sequeris iunctura callidus acri.
Ore teris modico pallentes radere mores.
Doctus. et ingenuo culpam defigere ludo.
Hic ego centenas ausim deposcere voces.

Vt quantum mihi te sinuoso in pectore fixi.
Voce traham pura totumq; hec verba resignent.
Quod latet arcana non enarribile fibra.
Tecum etenim memini longos consumere soles.
Et tecum primas epulis decerpere noctes.
Vnum opus et requiem pariter disponimus ambo
Atq; verecundia laxamus seria mensa
Non equidem hoc dubites amborum federe certo.
Cōsentire dies et ab vno sidere duci
Nostra vel equalia suspendit tempora libra.
Nescio quod certe est q; me tibi temperet astrum.
Mille hominum species et rerum discolor vsus
Velle suum cuiq; ē nec voto viuitur vno
Mercibus hic ytalis mutat sub sole recenti.
Rugosum piper. et pallentis grana cumini.
Hic satur irriguo mauult turgescere sumno
Hic campo indulget. hunc alea decoquit. ille
In venerem putris. sed cum lapidosa chyrogra,
Fregerit articulos veteris ramalia fagi.
Tunc crassos transisse dies lucemq; palustrē
Et sibi iam seri vitam ingemuere relictā.
Petite hinc iuuenesq; senesq;
Finem animo certum. miserisq; viatica canis.
Cras hoc fiet. idem cras fiet. quid. quasi magnum.
Nempe diem donas. sed cum lux altera venit
Iam cras hesternum cōsumpsimus. ecce aliud cras
Egerit hos annos. et semper paulum erit vltra. Hec persius.
Acrius iuitos multosq; ferocius vrget
Q; qui seruicium ferre fatentur amor. Ouidius de sine titulo.
Tu quoq; nō paucos (si te bene nouimus) vres
Tu quoq; preteriens vulnera multa dabis.
Non possunt (licet ipse velis cessare sagitte
Feruida vicino flamma vapore nocet.
Verba superciliis sine voce loquentia dicam



Que tu reddideris ego primus pocula sumam
Et qua tu biberis hac ego parte bibam.
Multa miser timeo quia feci multa proterue.
Exemplique metu torqueor ipse mei
Vir bibat usque roga precibus tamē oscula desin
Dumque bibit furtim si potes adde merū.
Si bene compositus vino somnoque iacebit.
Consilium nobis resque locusque dabunt.
Illa verecundis lux est prebenda puellis.
Qua timidus latebras sperat habere pudor
Vt stetit āte oculos posito velamine nostros
In toto nusque corpore feda fuit.
Quos humeros. quales vidi tetigique lacertos.
Forma puellarum quam fuit apta premi.
Quam castigato planus sub pectore venter.
Quantum et quale latus quam iuuenile femur.
Singula quid referam nil nō laudabile vidi.
Et nudam pressi corpus ad usque meum.
Cetera quis nescit fessi requieuimus ābo
Proueniāt medii sic mihi sepe dies
Vrbibus obsessis clause munimīa porte
Prosunt in media pace quid arma times
Quid facies hosti si sic excludis amantem.
Heu melior quāto sors tua sorte mea est.
Nox et amor nunquam mihi moderabile suadent
Illa pudore vacat liber amorque metu
Omnia cōsumpsi nec te precibusque minisque. Mouimus.
Astitit illa amens albo et sine sanguine vultu.
Examines artus et membra trementia vidi
Suspenseque diu lacrime fluxere per ora.
Qualiter abiecta de niue manat aqua
At tu ne dubita minuit vindicta dolorem.
Quelibet infirmas adiuuat ira manus.
Tam felix esses quam formosissima vellem.

Ludunt formose casta est quam nemo rogauit.
At si rusticitas non vetat ipsa rogat.
Labitur occulte fallitqꝫ volubilis etas.
Et celer amissis labitur annus equis.
Partius exigito precium dum retia tendis
Ne fugiant. captos legibus vre tuis.
Sepe simultates ira morata facit.
Nec si quem falles tu periurare timeto
Postmodum de stipula grandis acerbus erit.
Non bene si tollas prelia durat amor
Impia sub dulci melle venena latent.
Dii tibi dent nudosqꝫ lares īopemqꝫ senectam
Et longas hiemes perpetuamqꝫ sitim.
Militat omnis amans et habet sua castra cupido
Que bello est habilis veneri quoqꝫ conuenit etas.
Turpe senex miles turpe senilis amor.
Quos petiere duces animos in milite forti
Hos petit in socio bella puella viro.
Quis nisi vel miles vel amans et frigora noctis
Et denso mixtas perferet ymbre niues.
Ille graues vrbes hic dure limen amice
Obsidet. hic portas frangit ac ille fores.
Ergo desidiam quicunqꝫ vocabit amorem
Desinat. ingenii est experientis amor.
Inde vides agilem nocturna bella gerentem.
Qui nolet fieri desidiosus amet
Cur sim mutatus queris quia munera poscis
Hec te non patitur causa placere mihi.
Stat meretrix certo quouis mercabilis ere.
Non bene conducti vendunt periuria testes
Gratia pro rebus merito debetur in emptis
Pro male conducto gratia nulla thoro.
Omnia conductor soluit mercede soluta.
Nec manet officio debitor ille tuo.

Parcite formose precium pro nocte pacisci
Non habet euentus sordida preda bonos.
Nec tamen indignum est a diuite premia posci
Munera poscente que dare possit habet
Carpito de plenis pendentibus vitibus vuas
Prebeat autumni poma benignus ager.
Officiū pauper prebeat studiumq; fidem.
Quicquid habet domine conferat omne sue.
Est quoq; carminibus meritas celebrare puellas
Dos mea / quā volui nota sit arte mea
Scinduntur vestes gemme franguntur et aurū.
Carmina que tribuent fama perhennis erit
Non dare sed preciū posci dedignor et odi.
Quod nego poscenti desine velle dabo.
Nunc iuuat in teneris domine tacuisse lacertis.
Omnia perpeterer sed surgere mane puellas
Quis nisi cui non est vlla puella ferat.
Optaui quotiens ne nox mihi cedere vellet.
Mollierant duras dulcia verba fores
At facies tenere laudata est sepe puelle.
Quem metuit quisq; perire cupit.
Vir doluit fame damna puelle tulit.
Crede mihi nulli sunt carmina grata marito
Viderit ipse licet credet tamen ille neganti.
Damnabitq; oculos et sibi verba dabit.
Aspiciet domine lacrimas plorabit et ipse
Quid precibus nostris mollius esse potest.
Non caret effectu quod voluere duo.
Centum sunt cause cur ego semper amem
Oscula cantanti rapta dedisse velim.
Candida me capiet capiet me flaua puella.
Est et in fusco grata colore venus
Nullus amor tanti est ab eas pharetrate cupido
Vt mihi sint totiens maxima vota mori.

Felix qui quod amat defendere fortiter audet.
Quod decuit reges cur ego turpe putem
Vt tamen iratos in te defixit ocellos.
Vidit te totis erubuisse genis.
Stulte quid est somnus gelide nisi mortis ymago.
Longa quiescendi tempora fata dabunt
Me modo decipiant voces fallacis amice
Sperando certe gaudia magna feram
Et modo blandicias dicat modo iurgia nectat.
Sepe fruat domina sepe repulsus eam.
Felix quem veneris certamina mutua perdunt.
Dii faciunt leti causa sit ista mei
Vade memor nostri vento reditura secundo.
Anule formose digitum vincire puelle
Inuida formose prius tangam ora puelle.
Verba puellarum foliis leuiora caducis.
Irritaque vt visum est ventus et aura ferunt
Implicuitque suos circum mea colla lacertos
Et que me perdunt oscula mille dedit
Vincor et ingenium sumptis reuocatur ab armis.
Cui peccare licet peccat minus ipsa potestas
Semina nequicie languidiora facit.
Desine (crede mihi) vicia irritare vetando.
Obsequio vinces aptius ille tuo.
Ingenium quondam fuerat preciosius auro
Curia pauperibus clausa est dat census honores.
Inde grauis iudex inde seuerus eques.
Viue pius. moriere pius. cole sacra colentem.
Rustica nec vacuum pectus amoris habet.
Non facit ad mores tam bona forma malos.
Facta mouent odium facies exornat amorem. Hec ex Ouidio.
Nuda potestas. Armauit fres pugna est de paupere regno.
Spes anxia mentem. Extrahit ex lõgo cõsumit gaudia voto
Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Proch gnara nihil mortalia fati. Corda sui.
Exulibus patriaq; fugatis. Nōdum leta venus.
Dabitur mihi crede merentum. Consiliis trāquilla dies.
Pone modum letis.
Non parat populis regnum breue.
O ceca nocentū concilia. O semper timidū scelus.
Fidemq; negant suspecta silentia pacem.
Prona fides populis deus oīa credere suadet
Dulce loqui miseris veteresq; reducere questus
Dum tempus agit rem Consulite
Proch fors et ceca futuri Mens hominū
Subdit amor stimulos et vulnera sanat
O iuuenes seruate aīmos auidūq; furorē Sanguinis aduersi
Bellicus ardor Consiliis obstat prohibetq; tueri
Vtere luce tua longamq; indue famam
Mille modis leti miseros mors vna fatigat
Sed diuum fortia quid non. Tela queant
Nox fecunda operum pulcreq; accōmoda fraudi
Inuida fata piis et fors ingentibus ausis. Rara comes.
Et prolis amor crudelia pectora vincit
Necnon ancipitis pugnat snīa vulgi Discordesq; serit motus
Felix qui tantam lucē mercede reliquit
Rara dari terrisq; solet contingere virtus
Si pudor est primū misere tuorū
Hec pietas hic verus honos ibi gloria tantum
Ventosūq; decus tituliq; in morte latentes
Adde moram celeri et metire quod audes
Da veniā afflicto dictis ignosce superbis
Tristes mors obruit iras
Ite alacres tanteq; precor cōfidite cause Hec statis
Omnibus vna comes virtutibus associatur
Auxiliumq; suū fortis pacientia miscet
Nulla anceps luctamen vnit virtute sine ista
Virtus nam vidua est q̄ non pacientia firmat

Desine grande loqui frangit deus omne superbū.
Magna cadunt. inflata crepant. tumefacta premūtur.
Disce superciliū deponere disce cauere.
Ante pedes foueam quisquis sublime minaris.
Peruulgata vigat nostri sñia cristi
Scandere celsa humiles et ad yma redire voraces
Si penitet haud nocet error
Nec parcit propriis amor īmoderatus habendi
Pignoribus: spoliatq; suos fames inopia natos.
Stant tuti rationis ope stāt turbine ab omī. Immunes for
Nil refert armis contingāt palma dolis ve. (tesq; animi.
Sūma quies nil velle supra q̄ postulet vsus
Debitus. vt simplex alimonia vestis et vna
Infirmos tegat et recreet mediocriter artus.
Expletumq; modū nature non trahat extra.
Ingressurus iter. pera ne tollito: ne ve.
De tunice alterius gestamine prouidus esto
Nec te solicitat res crastina ne cibus aluo
Deserit: redeunt esce cum sole diurne.
Nōne vides q nulla auiū cras cogitet ac se
Pascendā prestante deo nō anxia credat
Confidunt volucres victū non defore viles
Passeribusq; subest modico venalibus asse.
Indubitata fides. dominū curare potentem
Ne pareat. tu cura dei faciesq; cristi.
An dubitas ne te tuus vnq̄ deserat autor?
Ne trepidate homines vite dator est dator esce.
Querite luciferū celesti dogmate pastū.
Qui spem multiplicās alit inuiolabilis eui.
Corporis īmemores memor est qui condidit illud
Suppeditare cibos atq; indigna mēbra fouere.
Ni pallor in ore. Cōscius audacis facti dat signa reatus.
Pax plenū virtutis opus. pax summa laborū
Pax belli exacti precium est. preciūq; pericli.

Sidera pacē vigent consistunt terrea pace
Nil placitū sine pace deo. nō munus ad aram. **Prudentius**
Non est crede mihi sapientis dicere viuam
Sera nimis est vita crastina viue hodie.
Sit mihi vera satrix sit non doctissima coniunx
Sit nox cū somno sit sine lite dies
Quid nō seua sibi voluit fortuna licere
Hominem malignū forsan tu esse credas.
Ego esse miserum credo cui placet nemo.
Crede mihi ꝗuis ingentia dones
Autoris pereunt garrulitate sui.
Si duri puer ingenii videtur. preconē facies aut architectū
Simpliciter pateat vitiū fortasse pusillum est
Quod tegitur maius creditur esse nephas.
Impius infando miles corrumpitur auro
Accipe ꝙ primū breuis est occasio lucri,
Inferior matrona sua sit prisco marito.
Non aliter fiunt femina viriq̄ pares.
Principis est virtus maxima nosse suos.
Etsi non dederis cesar permitte rogari.
Offendunt nunquā thura precesq̄ iouem.
Et dominum mundi flectere vota valent
Sit tandem pudor et modus rapinis.
Quid non ingenio voluit natura licere?
Nunc quē mensa tibi quē cena parauit amicū
Esse putas fide pectus amicitie
Quis enī damnat sua vota libenter?
Quid non longa dies. quid nō cōsumitis anni?
Vt captum teneas capto quoq̄ munera mitte.
De cauea fugiat ne male pastus aper
Vrere nec miserum cessant suspira pectus
Parce precor lasso vanosq̄ remitte labores.
Qui tibi non prosunt et mihi galle nocent
Caluo turpius est nihil comato.

Illa placet tellus in qua res parua beatum.
Me facit. et tenues luxuriantur opes
Ardua res hec est opibus non tradere mores.
Sit pudor et tandem veri respectus et equi.
Rebus in angustis facile est contemnere vitam.
Fortiter ille facit qui miser esse pōt.
Vxor vade foras aut moribus vtere nostris.
Non sum ego nec curius nec numa nec tatiu:
Si te delectat grauitas lucrecia toto.
Sis licet vsq; die: taida nocte volo.
Me meus ad subitas inuitet amicus ofellas
Hec mihi quā possum reddere cena placet
Nil est deterius latrone nudo.
Qui sua metitur pondera ferre pōt.
Quid dentem dente iuuabit
Rodere. carne opus est si satur esse velis
Claudere que cenas lactuca solebat auorum.
Miror cur nrās inchoet illa dapes. Valerius Marcialis.
Heu senibus vite portio quanta manet?
Tu me sola tibi subdis miseranda senectus
Cui cedit quicquid vincere cuncta pōt
Continuos gemitus egra senectus habet
Stat dubius tremulusq; senex semperq; malorū.
Credulus et stultus qui facit ipse timet.
Laudat preteritos. presentes despicit actus
Sunt sola fortes garrulitate senes
Exultat leuitate puer grauitate senectus
Ipsa etiam veniens cōsumit saxa vetultas
Et nullum est quod non tempore cadat opus
Turpe seni vultus nitidi vestesq; decore
Diuersos diuersa iuuant non omnibus horis
Omnia cōueniunt res prius apta nocet.
Est homini virtus fuluo preciosior auro.
Cuncta trahit secum vertitq; volubile tempus.

O q̃ dura premit miseros conditio vite.
Non mors humano subiacet imperio.
Dulce mori miseris sed mors optata recedit.
Sed cum tristis erit precipitata venit
Crimen amare iocos. crimen conuiuia cantus.
O miseri quorum gaudia crimen habent.
Quid mihi diuicie quarum si dempseris vsum.
Quamuis largus opum semper egenus ero
Deficiunt validi longeuo tempore thauri.
Et quondam pulcer fit modo turpis equus.
Fracta diu validi compescitur ira leonis.
Felix qui meruit tranquillam ducere vitam.
Et leto stabiles claudere fine dies.
Iam nihil totum quod viximus omnia secum.
Tempus preteriens horaq̧ summa trahit.
Ortus cuncta suos repetunt matremq̧ requirunt
Sic redit ad nihilum quod nihil ante fuit.
Quod natura negat reddere nemo potest.
Dura satis miseris memoratio prisca bonorum.
Obtundunt siquidem curarum pondera sensus
Non intellecti nullā est curatio morbi.
Vnguibus et morsu teneri pascuntur amores.
Euentus varios res noua semper habet.
Rusticus expertum deflet cecidisse iuuencum
Cum quo consueuit victor honorat equum.
Castus amor veneris dicite quando fuit?
O quam difficile est abscondere pectoris estus.
Panditur inclusus sepius ore furor.
Omnia nemo pati non omnes omnia possunt
Sub qua discubuit requiescere diligit vmbra.
Thaurus. et amissum querit ouile pecus.
Dulcius insolitis cantat philomena rubetis.
Fitq̧ suum rapidus dulce cubile feris. Hec Maximianus.
Nam stultum nimis est cum tu prauissima temptes.

Alterius censor vt viciosa notes.
Pauperior caueat sese sociare potenti
Nanqꝫ fides illi cum parili melior.
Sic mos est hominis quicquid perfecerit ipse
Vile licet maneat approbat ipse tamen.
Nolo velis rerum quicquam laudare tuarum
Ni sint alterius ore probata prius.
Siqua virtute nites ne despice quenqꝫ
Ex alia quadam forsitan ille nitet
Hec nos dicta manent magnis obsistere rebus
Paulatimqꝫ truces exuperare minas
Nemo sue laudis nimium letetur honore
Ne velis factus post sua fata gemat.
Nemo nimis cupide sibi res desideret vllas
Ne dum plus cupiat perdat et id quod habet.
Ne ve cito verbis cuiusquā credito blandis
Sed si sint fidei respice quid moneant.
Qui bene proloquitur coram sed postea praue
Hic erit inuisus bina ꝙ ora gerat.
Miramurqꝫ magis quos munera mentis adornant
Qꝫ qui corporeis emicuere bonis. Hec Auianus
Nam solet ars dominum sepe iuuare suum.
Ars animos frangit et firmas dirimit vrbes.
Arte cadunt turres arte leuatur onus.
Spes reficit dominum fallit et ipsa suum.
Gaudia semper amat et ludicra verba iuuentus.
Est cum leticia pulcrior omnis homo.
Excitat et nutrit facundia dulcis amorem.
Credo ꝙ interdum multis mendatia prosunt
Incipe spe melius dedit et dabit omnia tempus.
Non sum qui fueram vix me cognoscere possum.
Verbula mixta iocis iurgia nulla mouent.
Sepius impediunt iustos peccata malorum
Sic nocet alterius non mea culpa mihi

Vsus et ars docuit quod sapit omnis homo.
Me subito nimium deus et natura beauit.
Nam diues redeo qui miser ante fui.
Vsu crescit amor omnis decrescit ab vsu.
Perpetuo ignis crescit crescentibus lignis
Detrahe ligna foco protinus ignis abest
Prouidet et tribuit deus et labor omnia nobis.
Proficit absq deo nullus in orbe labor.
Principium verbi finem quoq aspice verbi.
Vt melius possis premeditata loqui.
Arbore de dulci dulcia poma cadunt
Demonstrat signis prolem natura frequenter
Sepe solet similis filius esse patri
Nostra modo vacuis deducimus ocia verbis.
Ex minima magnus scintilla nascitur ignis.
Nam venit a sola rusticitate pudor.
Semper iniquorum scelus impedit acta bonorum
Multotiens hominum frustratur spesq laborq.
Mitte quod esse nequit pete quod esse pōt.
Stulte quid insanis cur te dolor vrget inanis.
Acquirit gemitus premia nulla tuus.
Terge tuas lacrimas respice quid facias
Sepius exigua dolor ingens labitur hora.
Estq serena dies post longos gratior ymbres.
Est post triste malum gratior ipā salus
Sic me fortassis falso solamine pascis
Solius est proprium scire futura dei.
Sorte sub ambigua spes et labor omnis habetur.
Est mens nrā suis contraria sepe loquelis.
Nec factis sequimur omnia que loquimur.
Est scelus immensum si diues fallit egenum
Pallida furtiuum facies monstrabit amorem.
Leta decet letis pascere corda iocis.

Conuenit vt queras nostros quasi nescia casus
Cum res consiliis facta sit ipsa tuis.
Fructibus ipsa suis que sit cognoscitur arbor.
Vt grauiter doleant non pertinet ad sapientes. Pamphilus
Quicquid precipies esto breuis vt cito dicta
Percipiant animi dociles teneantq; fideles.
Omne superuacuum pleno de pectore manat
Non seper feriet quicunq; minabitur arcus. Oui. de Nuce.
Q̃ miserum est odium damnis accedere nostris. Idē de nuce
Dulcis amica veni noctis solatia prestans.
Inter aues etenim nulla tui similis
Tu philomena potes vocum discrimina mille.
Mille vales varios rite referre modos.
Nam q̄uis alie volucres modulamina temptent
Nulla pōt modulos equiperare tuos.
Insuper est auium spaciis garrire diurnis.
Tu cantare simul nocte dieq; potes.
Sancta tamen domino depromis munera laudis.
Tu valeas felix seu longo tempore fenix.
Et foueat tellus velut te pelle vitellus. Oui. de philomena
Tota mente deus tota vi cordis ametur. Prosper.
Quo melior cunctis deus est plus debet amari. Sapiens
Non qualis sis tu sed quantus queritur es tu. Sapiens.
Luxuriat animi rebus plerunq; secundis.
Nec facile est equa cōmoda mente pati. Oui. de arte.
